DE IOVE APUD CARES CULTO

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

IOANNES SCHAEFER

ELBINGENSIS

HALIS SAXONUM

FORMIS DESCRIPSIT EHRHARDT KARRAS

MCMXII

DE IOVE APUD CARES CULTO

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

IOANNES SCHAEFER
ELBINGENSIS

HALIS SAXONUM
FORMIS DESCRIPSIT EHRHARDT KARRAS
MCMXII

De dissertatione probanda ad philosophorum ordinem rettulit
Otto Kern.

Examen rigorosum habitum est a. d. IV id. Nov. anni h. s. XI.

Ex Dissertationum philologicarum Halensium vol. XX, 4 seorsum expressum.

OTTONI KERN

PIETATIS ERGO

Praefatio.

Permulta monumenta, quae iam ex Asiae Minoris humo in lucem protracta sunt atque in diem augentur, plurimum valent ad religionem investigandam, cum et indigenarum cultum nobis illustrent et maxime qua ratione Graeci barbara numina ad suum modum permutaverint. Optime autem omnium Asiae Minoris populorum suam et gentis et religionis proprietatem usque ad deflorescentem Graecorum aetatem servaverunt Cares. Quorum nobilissimum deum Iovem tractare mihi proposui; atque ut vera et falsa minus nuntiis veterum quam recentium coniecturis permixta facilius dignoscantur, unicuique cultui disserendo omnia quae indagavi testimonia praeposui. Iovem bipenniferum, principem Carum deum quosque ei comparandos putavi externos deos priore dissertationis parte tractavi, posteriore cetera numina minora sive barbara sive Graeca in Cariam translata ex oppidorum ordine disposita explicavi. Quod situm locorum attinet maxima ex parte sententiam Ricardi Kiepert *Formae orbis antiqui* (tab. VIII) secutus sum.

Iupiter Labrayndus.

De Iove Labrayndo apud Mylasenses culto.

Herod. V 119: *ἐνθεῦτεν* (post pugnam ad Marsyam flumen contra Persas factam) *δὲ οἱ διαφυγόντες αὐτῶν* (*Καρῶν*) *κατειλήθησαν ἐς Λάβρανδα ἐς Διὸς Στρατίου ἱρόν, μέγα τε καὶ ἅγιον ἄλσος πλατανίστων. μοῦνοι δὲ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν Κᾶρές εἰσι, οἱ Διὶ Στρατίῳ θυσίας ἀνάγουσι.*[1]) *κατειληθέντες δὲ ὦν οὗτοι ἐνθαῦτα ἐβουλεύοντο περὶ σωτηρίης.*

Strabo XIV 659: *ἔχουσι δ'οἱ Μυλασεῖς ἱερὰ δύο τοῦ Διός, τοῦ τε Ὀσογῶ καλουμένου, καὶ Λαβρανδηνοῦ· τὸ μὲν ἐν τῇ πόλει, τὰ δὲ Λάβρανδα κώμη ἐστὶν ἐν τῷ ὄρει κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τὴν ἐξ Ἀλαβάνδων εἰς τὰ Μύλασα, ἄπωθεν τῆς πόλεως·*[2]) *ἐνταῦθα νεώς ἐστιν ἀρχαῖος καὶ ξόανον Διὸς Στρατίου· τιμᾶται δὲ ὑπὸ τῶν κύκλῳ καὶ ὑπὸ τῶν Μυλασέων, ὁδός τε ἔστρωται σχεδόν τι καὶ ἑξήκοντα σταδίων μέχρι τῆς πόλεως, ἱερὰ καλουμένη, δι'ἧς πομποστολεῖται τὰ ἱερά· ἱερῶνται δ'οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν πολιτῶν ἀεὶ διὰ βίου. ταῦτα μὲν οὖν ἴδια τῆς πόλεως.*

Plin. nat. hist. XXXII 16: E manu vescuntur pisces . . . item in Labrayndi Iovis fonte anguillae — hae et inaures additas gerunt —.

Ael. nat. an. XII 30: *χειροήθεις δὲ ἰχθῦς καὶ ὑπακούοντες τῇ κλήσει καὶ τροφὰς ἀσμένως δεχόμενοι πολλαχόθι, καὶ εἰσὶ καὶ τρέφονται, ὥσπερ οὖν . . . καὶ ἐν τῷ ἱερῷ δὲ τοῦ Λαβρανδέως Διὸς ἐν κρήνῃ διειδοῦς νάματος, καὶ ἔχουσιν ὁρμίσκους χρυσοῦς καὶ ἐλλόβια, χρυσᾶ μέντοι καὶ ταῦτα. ἀφέστηκε δὲ ὁ νεὼς τοῦ Διὸς τοῦδε τῆς Μυλασέων πόλεως σταδίους ἑβδομήκοντα. τὸ δὲ ἄγαλμα*

---

[1]) Inde Eustath. in Il. p. 189. 17 *διὸ κατὰ Ἡρόδοτον Κᾶρες Διὶ Στρατίῳ θυσίας ἀνάγουσι.*

[2]) Inde Steph. *Λάβρανδα· κώμη Καρίας, Στράβων τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. τὸ ἐθνικὸν Λαβρανδηνὸς καὶ Λαβράνδιος καὶ Λαβρανδεύς.*

ξίφος παρήρτηται, καὶ τιμᾶται καλούμενος Κάριός τε καὶ Στράτιος· πρῶτοι γὰρ οἱ Κᾶρες ἀγορὰν πολέμου ἐπενόησαν, καὶ ἐστρατεύσαντο ἀργυρίου, ὄχανά τε ταῖς ἀσπίσι προσήρτησαν, καὶ λόφους ἐνέπηξαν τοῖς κράνεσιν. ἐκλήθησαν δὲ τὸ ὄνομα τοῦτο ἀπὸ Καρὸς τοῦ Κρήτης καὶ Διός· Ζεὺς δὲ Λαβρανδεὺς ὕσας λάβρῳ καὶ πολλῷ τὴν ἐπωνυμίαν τήνδε ἠνέγκατο.

Plut. quaest. gr. 45: „Διὰ τί τοῦ Λαβρανδέως Διὸς ἐν Καρίᾳ τὸ ἄγαλμα πέλεκυν ἠρμένον οὐχὶ δὲ σκῆπτρον ἢ κεραυνὸν πεποίηται;“ ὅτι Ἡρακλῆς Ἱππολύτην ἀποκτείνας καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ὅπλων αὐτῆς λαβὼν τὸν πέλεκυν Ὀμφάλῃ δῶρον δέδωκεν. οἱ δὲ μετ' Ὀμφάλην Λυδῶν βασιλεῖς ἐφόρουν αὐτὸν ὥς τι τῶν ἄλλων ἱερῶν ἐκ διαδοχῆς παραλαμβάνοντες, ἄχρι Κανδαύλης ἀπαξιώσας ἑνὶ τῶν ἑταίρων φορεῖν ἔδωκεν. ἐπεὶ δὲ Γύγης ἀποστὰς ἐπολέμει πρὸς αὐτόν, ἦλθεν Ἄρσηλις ἐκ Μυλασέων ἐπίκουρος τῷ Γύγῃ μετὰ δυνάμεως, καὶ τόν τε Κανδαύλην καὶ τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ διαφθείρει, καὶ τὸν πέλεκυν εἰς Καρίαν ἐκόμισεν μετὰ τῶν ἄλλων λαφύρων. καὶ Διὸς ἄγαλμα κατασκευάσας τὸν πέλεκυν ἐνεχείρισε, καὶ Λαβρανδέα τὸν θεὸν προσηγόρευσε· Λυδοὶ γὰρ ‚λάβρυν‘ τὸν πέλεκυν ὀνομάζουσι.

Lactant. div. inst. I 22, 21/3: Historia vero Sacra testatur ipsum Iovem postquam rerum potitus sit, in tantam venisse insolentiam, ut ipse sibi fana in multis locis constituerit. Nam cum terras circumiret, ut in quamque regionem venerat, reges principesve populorum hospitio sibi et amicitia copulabat et cum a quoque digrederetur, iubebat sibi fanum creari hospitis sui nomine, quasi ut posset amicitiae ac foederis memoria conservari. Sic constituta sunt templa Iovi Ataburio, Iovi Labrayndio: Ataburus enim et Labrayndus hospites eius atque adiutores in bello fuerunt.

Etym. Magn. Εὔδωνος· ποταμὸς τῆς ποτὲ μὲν Δίας τε καὶ Ἐρύμνης καὶ Λαρίσης, νῦν δὲ Τράλλεων καλουμένης τῆς Ἀσίας· ὅτι Λάβρανδος καὶ Πανάμορος καὶ Πάλαξος ἢ Σπάλαξος οἱ Κούρητες, κατὰ χρησμὸν ἐπὶ τὴν Καρίαν ὁρμῶντες, νυκτὸς ἐπικαταλαβούσης, ἐπὶ ταῖς ὄχθαις αὐτοῦ κατεκοιμήθησαν. παρὰ τὸ εὐδῆσαι οὖν Εὔδωνον τὸν ποταμὸν ὠνόμασαν.

Tituli:

Ditt. Syll.[2] 95 v. 34 sqq. = LW 379 = CIG 2691 e a. 355/4 a. ... *ἐπιβουλεύσαντος Μαυσσώλλωι τῶι Ἑκατόμνω ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Διὸς τοῦ Λαμβραύνδου, θυσίης ἐνιαυσίης καὶ πανηγύριος ἐούσης κτλ.*

BCH 14 (1890) 619 n. 17 ca. a. 200 a. Oppidum Creticum asylum templi Mylasensis probat; decretum proponatur *παρὰ δὲ αὐτῶν (Μυλασέων) ἔς τε τῶ Ζανοποτε[ιδᾶνος καὶ] τῶ Λαβραύνδω.*

AM 15 (1890) 259 n. 10. s. II a. Ara bipenni ac titulo huiusce modi ornata:

Διὸς bipen- *Λα-*
nis
βρένδου

l. c. n. 11. Titulus similiter bipennem circumdat. *Δημοσθένης Λαβραυύνδῳ ἀνέθηκεν.*

LW 394 s. I a. ... *γραμματεύοντος τῇ βουλῇ Κόρριδος τοῦ Ἑκατόμνω, ἱερέως Διὸς Λαβραύνδου, κτλ.*

AM 15 (1890) 261 n. 15. *Οἵδε ... ἐπέδωκαν εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς στοᾶς· Ἑκατόμνως Οὐλιάδου, ἱερεὺς [Διὸς] Λαβραύνδου Μαννίτης*; idem nominatur in titulis Olymensibus [1]) BCH 22 (1898) 394 n. 42 = AM 14 (1889) 378 n. 5. 6 v. 5, BCH l. c. 400 sqq. n. 48 = AM l. c. 374 sqq. n. 3 v. 5, LW 331 = AM 381 v. 21, ubi legitur forma *Λαβραϊύνδου.*

LW 399 = CIG 2693. Laudatur Uliades quidam, nescio an pater Hecatomni quem supra commemoravimus, etsi nomen *Οὐλιάδης* apud Cares usitatissimum erat (e. g. I. Mag. 3. 9. 85, 2. Kretschmer *Einl.* 366 et infra p. 361); v. 20 ... *προεστηκότος τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐλ Λαβραϊύνδωι.*

BCH 5 (1881) 99 n. 2 = LW 348. *Πόλλις Ἱεροκλέους τοῦ Ἱεροκλέους στεφανηφορήσας καὶ ἱερατεύσας τοῦ τε Διὸς τοῦ Ὀσογῶ καὶ τοῦ Διὸς τοῦ Λαβραύνδου* [2]) ... *τῷ Διὶ τῷ Ὀσογῷ.*

---

[1]) Mylasorum et Olymi coniunctionem tractavit Georgius Cousin BCH 22 (1898) 421 sqq.

[2]) Formam *Λαβρααύνδου* (LW 348) editores refellerunt BCH l. c. 100.

LW 338, Olymus, locatio s. I a. v. 17. *ἡ ἱερὰ γῆ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος θεῶν δήμου Ὀλυμέων καὶ ἡ ἱερὰ γῆ Διὸς Λαβραΐυνδου κτλ.*

LW 323/4 Olymus, locatio s. I a. . . . *καὶ ὑπὲρ τῆς ἱερᾶ[ς γῆς Διὸ]ς Λαβραύνδου, κτλ.*

BCH 22 (1898) 397 n. 45 c Olymus, locatio s. I a. v. 12. *τ]ὴν ἱερὰν τοῦ Διὸς Λαβραύνδο[υ.*

LW 347 s. I a. Fragmentum, v. 5. . . . *τῷ Διὶ τῷ Λ[αβραύνδῳ].*

SB Wien 132 (1895) 17 n. 12 imp. aet. *Λούκιος Βετώνιος Ἀλέξανδρος Σουμμαρούδης ἀνέθηκεν τῷ συστήματι τῶν πρεσβυτῶν τὸν Δία τὸν Λαβράυνδον ἐκ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων.*

l. c. 13 n. 4. Fragmentum decreti dialecto Dorica conscripti: . . . *Λ]αβραένδο[υ.*

LW 342 s. I a. *Θεόμνηστος . . . κατὰ δὲ υἱοθεσίαν Διοκλείους τοῦ Πολυκλείτου ἱερεὺς Διὸς Στρατίου, . . . [ἀνέθηκε]ν Διὶ Στρατίῳ.* Supra titulum bipennis exsculpta est.

AM 15 (1890) 268 n. 20 s. I a. Decretum tribus *τῶν Ὑαρβεσυτῶν γνώμην ἀποφηναμένου Θεομνήστου τοῦ Λέοντος κατὰ δὲ υἱοθεσίαν Διοκλείους τοῦ Πολυκλείτου ἱερέως Διὸς Στρατείου καὶ Ἥρας, κτλ.* Idem commemoratur LW 415 v. 15/6.

LW 343 eiusdem aetatis *Διὶ Στρατίῳ.*

Utrum etiam titulus LW 344 . . . *Διὶ* in hoc numero habendus an alio modo supplendus sit, non liquet.

Nummi:

Tota Labrayndi figura.

1. In templo quattuor columnarum conspicitur deus adversus stans calatho ornatus et longo vestimento, quod vinculis arte circumligatum corpori speciem columnae vel pilae praebet. Lacerti corpori adhaerent, e bracchiis autem porrectis taeniae quasi fulcientes dependent. S. manus hastam, d. bipennem portat:

BMC 38 (XXII 5). 39, Hunter 425. 2. 3, Wadd. 2464, Mi. III 320/2, S. VI 376 (Geta), Mi. III 324 (Elag.), Mi. III 268 (Geta, Halicarn.!), cf. p. 359 not. 1.

Persimile simulacrum exhibent:

Aera: Mi. S. VI 369 (Hadr.), BMC 35, B Löbb. (Carac.).

Clipea argentea: Acta acad. Berol. 1855. 589 sq. n. 49 (VII 2 Hadr.)[1]) cf. Cohen, *m. imp.* II² 128 n. 276. Vestimenta quidem soluta corpus circumfluunt.

2. Deus calatho tunica pallio indutus, adverso corpore stat, s. hastam aut sceptrum d. bipennem tenens:

AR IB Kl. M. 144 n. 2 (C. Caesar aut Aug.) eiusdem vel similis generis sunt:

Æ Wadd. 2458 (Titus), Mi. S. VI 372 (Ant.), Mi. III 314 (Sept., deus s. coronam tenet), Mi. S. VI 377 (Geta), IB Kl. M. 146 n. 11 (Elag.).

3. Deus Graecum fere habitum praebens ad dextram gressurus videtur, tunica et pallio vestitus, s. hastam, d. umero bipennem portans:[2])

nummi satraparum regumve Caricorum et ii Hecatomni in obv. (rev. leo), Maussolli, Hidriei, Pixodari, Orontopatis in rev. (obv.: caput Apollinis-Solis):

E. Babelon, *Traité des Monnaies Grecques et Romaines* II (1910) 139 sqq., BMC p. 180 sqq., Hunter 430 sq., Wadd. 2693 sqq., Mi. III p. 397 sqq., S. VI 561 sq., Warren p. 181, RN 20 (1856) 60 n. 1, Num. chron. III 10 (1890) 229 n. 22.

Eadem figura excusa est in alio Orontopatis nummo ad Persicum modum effícto:

AR Babelon l. c. 157 n. 116 (XCI 6) cf. IB Mzkde. 105 n. 11 et RN 1905. 286 (obv. rex Persarum sagittam missurus).

4. Deus in d. graditur ut in satraparum nummis, s. bipennem prae se ferens, dextram tollens (?):

AR B (1909) Philipsen 2361 (rev. figura virilis [?] in d. graditur, s. porrecta aquilam tenens, d. sceptrum).

---

[1]) Sed deum clipei l. c. n. 50 (VII 3), quem Mauricius Pinder l. c. 590 et Otto Jahn *Arch. Aufs.* 42 not. 23 Iovem Caricum appellant, Eumeniae tribuendum et Apollinem intelligendum esse putaverim, cf. e. g. BMC Phrygia, Eum. 41 (Nero).

[2]) Nummus Warren 1175 XXVII praebet sceptrum, non hastam, cf. IB Kl. M. 144 n. 2, supra sub n. 2.

5. Iupiter Labrayndus simili ratione effictus ac supra (n. 1) descripsimus, calatho hasta bipenni praeditus stat contra Iovem Osogoa, qui infra tractabitur:

BMC 37 (Car. et Geta).

Nummus Mi. S. VI 358 Euromo attribuendus est, cf. infra p. 362.

Caput Iovis Labrayndi.

Caput calatho ac taenia ornatum Sarapidis quidem simile tamen ex figuris supra descriptis Labrayndi cognoscitur:

AR IB Kl. M. 144 n. 1 (Aug. et Livia).

Æ BMC 19. 20 (XXII 1), Hunter 425, 1, Mi. S. VI 361. 367 (Aug.), Wadd. 2461, Mi. III 309 (Hadr.), Wadd. 2462 (Sept.).

Signum Labrayndi.

1. Bipennis:
   a) in obv.: BMC 14 (XXI 16). 15. 16, IB M. gr. 312. 70 a (rev. tridens).
   b) in rev.: *AV* Babelon *Traité* II 153 n. 106 (XC 14), BMC p. 184 n. 4 (XXVIII 12 Pixodarus, obv. caput Apollinis). *Æ* BMC 17 (XXI 17). 18, Wadd. 2454 manubrium coronatum est (obv. equus).
   c) in rev. alteri signo addita: BMC 1. 2 (XXI 11). 3, Wadd. 2702/4 (Eupolemus, dux Cassandri) bipennis iuxta gladium cum balteo et vagina (obv. tres clipei Macedonici).

2. Bipennis cum tridenti in unam formam coniuncta:

BMC 7 (XXI 13) IB M. gr. 312. 70, Wadd. 2429 (obv. equus), Mi. III 306, S. VI 366 (Aug.), Mi. S. VI 365 manubrium anguibus cinctum est, cf. 368 (Aug.), Wadd. 2460 (Hadr.).

Drachmae Alex.: L. Müller, *Num. d'Al.* 1141/3.

3. Bipennis cum tridenti coniuncta, in cancro marino posita, interdum etiam coronata:

BMC 24, Wadd. 2455 (Aug.), Mi. III 308 (Domit.), BMC 30 (XXII 3), Mi. S. VI 374 (Sept.), Mi. III 323 (Geta).

Alia monumenta:

Brunn-Bruckmann 572/3 cf. Arch. Anz. 21 (1906) 259. Caput statuae optimae fere aetatis Mylasis inventum. Sine dubio effictus erat Iupiter. Ad Labrayndum autem spectat calathus, quem capiti impositum fuisse certis indiciis probatur.

J. T. Wood, *Discoveries at Ephesus* (1877) 270 fig. B, cf. 271. Parvum anaglyphum marmoreum Mylasis prolatum[1]) exhibet vetustissimam Labrayndi figuram similem nummorum, quos supra (350 n. 1) descripsimus. Inferior pars corporis cylindro basi imposito infixa videtur. Caput calatho, collum catena vel torque, pectus multis mammis ornata sunt. Bracchia extenta s. baculum, d. bipennem tenent.

Fondation Piot; *Mon. et Mém.* 18 (1909) 145 sqq. Superior pars stelae marmoreae, Tegeae inventae prope templum Minervae Aleae. Inter duos homines adorantes stat adverso corpore deus. Nomina superscripta sunt *Ἄδα Ἰδριεύς Ζεύς.* Ada et Idrieus soror et frater Maussolli Artemisiaeque his successerunt a. 351; cum Idrieus iam septem annis post mortuus sit, monumentum intra annos 351 et 344 consecratum esse videtur. Deus torque et vestimento more Graecorum ornatus, pectus autem six mammis trianguli modo dispositis praeditum est. Sinistra manu hastam, dextro umero bipennem portat.

Multarum nominis dei formarum[2]) longe usitatissima est *Λαβράυνδος.* Vocales *α* et *υ* seorsim pronuntiandas esse cum e formis titulorum *Λαβραΐΰνδου* (LW 338. 399), *Λαβραένδου* (SB Wien l. c. n. 4), nec non Latinorum scriptorum Labrayndo, tum e Graecorum scribendi ratione elucere mihi videtur. Neque enim fore fuisse puto, ut littera *υ* evanesceret, si una cum *α* diphthongus pronuntiata esset. Exemplum habeas *Καΰστριον* vel *Κάυστρον.* Differt a ceteris omnibus titulus Maussolli LW 379, qui solus praebet formam *Λαμβραύνδου.* Quae inscriptio, quarti saec. a. Chr. omniumque antiquissima, auctoritatem sibi postulare videtur. At mirae illius vocis — quae forsitan

---

[1]) De hoc anaglypho nil iam explorare potui. Gratias habeo et Emilio Reisch et Josepho Keil, qui mea causa operam dederunt rei irritae.

[2]) Varietates enumerat P. Kretschmer, *Einleitung* 303.

vetustatem magis imitetur quam re vera cònservaverit — nullum aliud exstat vestigium; immo Herodotus, testis saeculo antiquior, scripsit *Λάβραυδα*.

Simulacrum dei variis temporibus varie permutatum permulti nummi nec non alia monumenta nobis exhibent. Vetustissimum a Strabone *ξόανον* nominatum, sine dubio in nummis Getae fere aetate excusis (p. 350 n. 1) et in anaglypho Mylasensi conspicitur. Quod illorum imperatorum nummi figura tam vetusta ornati sunt, nil mirabitur, qui quantopere Antonini antiquissimo cuique cultui eiusque monumentis faverint, cogitaverit. *Ἐν ἀρχαίῳ* igitur *ναῷ* ligneum simulacrum (*ξόανον*) stabat quasi e trunco enascens vinculis circumligatum, multis mammis calatho catena taeniis praeditum, sinistra hastam portans dextra bipennem. Si Aeliano fides habenda est, deus etiam gladio succinctus erat.

Ab hoc simulacro multo differt statua nummis satraparum impressa, quam adverso quidem corpore etiam stela Tegeaea exhibet. Illam effigiem ut semper eandem claro illius aetatis artificio assimulatam esse iam opinatus est Ioannes Overbeck *Kunstmyth. d. Zeus* 270. Nescio an Maussollus, satrapes sive rex Cariae factus, deo patriae gentisque nobili illa statua dedicata gratiam rettulerit. Qua ex re id ceterum intellegendum habeo, quod illa Iovis figura in nullo nisi satraparum nummo conspicitur. Quocirca etiam in dubium vocaverim, an illa Labrayndi statua omnino communi veneratione culta sit; immo eam non nisi a Maussolli gente cultam habuerim. In populi autem gratia et religione florere pergebat ipsum templi simulacrum, etsi iam praeter vetustum *ξόανον* nova statua Graeca arte composita in delubro exstructa esse videtur. Huic enim statuae cum ceteros nummos (p. 351 n. 2) tum caput marmoreum Mylasis effossum Brunn-Bruckm. 572/3 (supra p. 353) attribuam.

Templum sexaginta sive septuaginta stadia a Mylasis aberat in parvo vico Labraynda. Sacra via Mylasenses eorumque finitimi annua pompa sedem Labrayndi accedebant, ubi sacrificio et conventu deum colerent (*θυσίης ἐνιαυσίης καὶ πανηγύριος ἐούσης* LW 379). Delubrum[1]) erat magno platanarum luco

[1]) Parietinas descripsit Georgius Cousin BCH 24 (1900) 24 sq.

circumclusum. De perenni fonte eiusque piscibus mirabilibus Plinius et ex illius libro Aelianus nobis enuntiant.[1]) Circa templum sacri Iovis agri (ἡ ἱερὰ γῆ) late patebant, de quibus emendis vendendis locandis tituli satis multa testimonia nobis praebent. Sacerdotes Strabone auctore e nobilissima quaque gente perpetui creabantur.[2])

Sacrae fabulae duae nobis traditae sunt quo levior Lactantii eo gravior Plutarchi. Plutarchus nomen dei *Λαβράυνδου* vel potius *Λαβρανδέα* videlicet barbarum a Lydia voce *labrys* derivat, qua significatam esse securim (*πέλεκυν*). Constat litteras -nd per totam Asiam Minorem nec non in Graecia ipsa, ubi aliquando Asiae populi habitaverint, in locorum nominibus inveniri. P. Kretschmer, *Einl.* 304 illas litteras ad hominum quoque nomina fingenda in illa lingua adhibitas esse contendit et nonnullis exemplis comprobavit. Tamen a voce *labrys* primum loci,[3]) deinde ex loci nomine dei nomen fictum habeam. Nam praeterquam quod illa quae Kretschmer affert nomina ex locis demum derivata esse possunt, mirum videtur Iovem bipenniferum nullo Cariae loco nisi ad Mylasa Labrayndum cognominatum esse. Nam Labrayndi monumenta extra Mylasa in lucem protracta sine dubio ad deum Mylasensem spectant. Iovem Labrayndum[4]) igitur vertam Iovem Labrayndis cultum, Labraynda autem vox sibi vult locus bipennis. Unde sequitur, ut illa aetate, cum vici nomen effingebatur, bipennis sola, nondum deus

---

[1]) Utrum Ioa. Overbeck l. c. 269 hanc fabulam recte referat ad Iovem Osogoa ut marinum deum, cuius in templo interdum fluctum maris visum esse traditur, decerni non potest.

[2]) In collectarum ratione AM 15 (1890) 261 n. 15 sacerdos Iovis Labrayndi primus nominatur.

[3]) Locus *Λάβρανδα* vel *Λάβρανδος* confirmatur et ab Herodoto et a Pausania et titulo LW 399 (*τὸ ἱερὸν τὸ ἐλ Λαβραΐυνδωι*) et incolarum nominibus (*Λαβρανδεῖς* LW 334, *Λαβραΐνδις* LW 531 = CIG 2731 b p. 1108); etiam vocem *Λαβραντίδης*, quae in titulo Apolloniae urbis Lydiae legitur (BCH 11 (1887) 84 n. 4 cf. Buresch, *Aus Lydien* 9), e loci nomine derivare malo quam e patris, cf. Hoefer, *Roscher* III 1492 not. 2.

[4]) Cui nominis formae Graeci postea alias addiderunt, quae quidem e loci nomine derivatae statim cognoscuntur *Λαβρανδεύς* (Plut.), *Λαβρανδηνός* (Strab.).

bipennifer principatum cultus obtinuerit. Quae res, quae infra in religione Minoia cognoscetur, etiam e Caricis monumentis mihi apparere videtur, praecipue e Mylasensibus aliisque Cariae nummis (Aphrodisias, Iasus, Heraclea ad Salb., cf. Tenedus), qui usque imperatorum tempora bipenni, modo corona modo palmis modo taeniis ornata, excusi sunt. Quae testimonia ad illam aetatem spectare videntur, quae simulacris deorum ad hominum imaginem effictis etiam carebat quaque bipennis ipsa ut numen colebatur. Quin etiam postea bipennis, etsi deo attributa, tamen tantum sibi valebat, ut in titulis aut intra nomen dei quasi eius effigies, aut etiam sola cum nomine dedicantis exsculperetur. Usque eo deus et signum dei aequata erant.[1] Primum igitur bipennis ipsa sacra fuit, ex qua locus nomen accepit. Deinde, cum numina ad hominum imaginem effingebantur, labrys heroi Labrayndensi data est, qui tantam paulatim auctoritatem et venerationem sibi comparavit, ut Graeci eum appellarent ‚Iovem'. Quod autem solus Mylasensis vicus ex illo signo per totam Cariam culto nominatus est, bipennis vel deus bipennifer Mylasis, in vetusto Cariae capite, ex omnium monumentorum testimonio longe studiosissima veneratione cultus est. Hic commemorandi sunt etiam quattuor illi lapides bipenni ornati, quos Carolus Fellows in Mylasorum fundo invenit, quosque aliquando portis moenium inaedificatos fuisse haud inepte coniectavit (*An account of discoveries in Lycia* (1841) 75). Quae si ita sunt, Mylasa urbs etiam symbolis in eius dei fidem commissa erat, quem incolae imprimis venerabantur.

Naturae dei cognoscendae rationem iam veteres auctores monstraverunt. Barbarum enim Labrayndi nomen vertentes eum vocant *Στράτιον*. Solus Aelianus insuper *Κάριος* nomen affert, ea videlicet de causa, quod Herodoti nuntios capp. I 171 et V 119

[1]) Quod ad Graecam religionem attinet comparem Mantinensem illum titulum *Διὸς Κεραυνῶ,* a quo exorsus Herm. Usener totam hanc religionis rationem sagaciter pertractavit Rh. M. 60 (1905) 1 sqq. Cf. S. Wide, *Lakonische Kulte* (1893) 21; Ferd. Dümmler PW II 1989 = *Kl. Schriften* II 82. Veneratio fulminis ipsius elucet praecipue e nummis Seleuciae-Pieriae, cf. Usener l. c. 4 sq. Fr. Cumont, *Die orient. Relig.* 295 not. 67. Quam quaestionem perstrinxit etiam M. W. de Visser, *Die nicht menschengest. Götter der Griechen* (1903) § 5.

socordius contaminat.[1]) Illorum autem fides comprobatur testimonio titulorum LW 343 et 415 et maxime 342, qui ornatus bipenni, signo Labrayndi, consecratus est *Διὶ Στρατίῳ*. Graecis igitur deus Caricus imprimis bellicosus visus est. Quae dei natura plane concinit cum populi, qui quanto bellandi studio fuerit sat multi auctores tradiderunt.[2]) Bipennem autem Asiae Minoris saltem gentibus pugnando usui fuisse iam Amazonum effigies docent.[3]) Sed etiam alia et gravior vis inest bipenni. Nescio an iam e Graeco nomine *Ζεύς* opinari liceat Caricum numen etiam caeli ac naturae potentiam habuisse. Utut est, constat bipennem Asiae Minoris populis signum fulminis fuisse[4]) (Preller-Robert 141 sq., Usener Rh. M. 60 (1905) 20 sqq., Ed. Meyer I 2² 711). Labrys ita ut fulmen semper duas acies habens effingitur (cf. Usener Rh. M. 53 (1898) 336). In nummo Stratonicensi IB M. gr. 315. 79 conspicitur bipennis ante aquilam fulmini insistentem: tria ibi fulminis signa consociata esse censet Usener Rh. M. 60 (05) 21. Duplex igitur Iovis Labrayndi potentia est: summus caeli deus vires naturae regit, armis ornatus populo suo bellanti praeest et victoriam praebet.[5]) Accedit quod effigies dei interdum multis mammis praedita est, quae res primum a

---

[1]) Quam rem primus me docuit Carolus Robert praeceptor meus egregius.

[2]) E locorum copia afferam Strab. XIV 661 *μισοῦντες* (*οἱ Ἴωνες*) *αὐτοὺς* (*Κᾶρας*) *διὰ τὴν ἔχθραν καὶ τὰς συνεχεῖς στρατείας*; ab eodem commemoratur illorum *περὶ τὰ στρατιωτικὰ ζῆλος* l. c. cf. Ael. l. c. Mela I 16, 1. Etiam *Ἀφροδίτη Στρατεία* Mylasis culta est CIG 2693 f. = LW 414.

[3]) Noli neglegere sacram Labrayndi fabulam Plut. l. c.

[4]) Neque Graecorum sensui haec similitudo omnino aliena fuisse videtur. Leviori testimonio Suetonii (rell. p. 223 ed. Reiffersch.: *splendor fulguris ad instar securis arborem caedentis*) quod citavit iam Ludov. Preller, Preller-Robert 141 not. 2, adiciam Plinii n. h. XXXVII 135; *Sotacus et alia duo genera fecit cerauniae nigrae rubentisque ac similes eas esse securibus.* Valet aliquid etiam ea res, quod Graeca lingua nostrae aetatis fulmen nominatur *Astro — peléki* cf. Preller-Robert l. c.

[5]) Compares Iovem Solymeum Termessiorum Pisidiae, qui in Termessi urbis nummis thorace et casside ornatus in sella sedens conspicitur simul caeli et belli numen, ut a Graecis mythologis modo Iovis modo Saturni filius nominatus sit; cf. Lanckoroński, *Staedte Lyk. u. Pamph.* II 2 sqq. 30 sq.

Carolo Lenormant, *Nouv. galerie mythol.* 55 tab. VIII 11 cognita (cf. Ed. Gerhard, *Griech. Mythol.* 166 § 198 2 a, Guil. Ramsay *Cities* 357), sed ab Ioanne Overbeck, *Kunstmyth.* 270 negata, confirmatur anaglypho Mylasensi ac praecipue stela Tegeaea nuper edita. Neque vero multis mammis mixtum Labrayndi genus indicatum esse puto, sed Paulo Foucart (Fondation Piot l. c. 172 sq.) assentior eas ad fecunditatem et ubertatem totius naturae a deo praebitam referendas esse. Foucart huc refert etiam Aeliani verba: *Ζεὺς δὲ Λαβρανδεὺς ὕσας λάβρῳ καὶ πολλῷ τὴν ἐπωνυμίαν τήνδε ἠνέγκατο.*

Quam nobilis fuerit Iupiter Labrayndus, iam e copia monumentorum apparet, quae extra Labraynda-Mylasa in reliqua Cariae regione nec non aliis externis locis ei consecrata sunt. Parvas aras ubique Cariae effossas partim a Mylasensibus exstructas habeam, qui domicilio permutato tamen patrio deo libenter immolarent, partim ab aliis Caribus, qui, cum quando praeclarae illi annuae pompae Labrayndensi fortasse adfuissent, etiam domum reversi memoriam potentis numinis servabant. Quodsi magnus Mylasensium numerus novas sedes inierat, fieri potuit, ut deo patriae etiam novum templum sive sacellum aedificarent. Itaque aut deus Labrayndensis ipse extra Mylasa colebatur, aut omnino e Labrayndis in alium locum deferebatur.

De Iove Labrayndo extra Mylasa culto.

Stratonicea:

SB Wien 132 (1895) 19 n. 1. Tabula marmorea effigie bipennis ornata: *Δημήτριος καὶ Ἑρμίας Διὶ Λαβραύνδωι.*

Compt. rend. IV 16 (1888) 503. Anaglyphum in Turcico vico Baïaca i. e. in fundo templi Iovis Panamari effossum exhibet deum hasta et bipenni armatum.

Etsi G. Deschamps anaglypho Iovem Panamarum effictum esse dicit, nequaquam dubitare licet, quin deus bipennifer sit Iupiter Labrayndus; nam Panamarum equo vehi infra cognoscemus.

Aphrodisias:

CIG 2750 s. I a. Ara parva, cui bipennis insculpta est: *Διὸς Λαβραύνδου καὶ Διὸς Μεγίστου.*

Halicarnassus:

BMI IV 1. 79 n. 904. Parva ara marmorea; formae litterarum bonam aetatem indicant: *Διὸς Λαβραύνδου*.

Quod Halicarnassi in satraparum sede non plura Labrayndi monumenta suppetunt, cognosci potest quam non principum cultus fuerit populi.[1])

Heraclea ad Latmum:

CIG 2896. In insula prope Heracleam sita haec inscriptio in duobus lapidibus bipenni ornatis reperta est: *Διὸς Λαβραύνδου*.

Miletus:

Wiegand Acta acad. Berol. 1908 app. 27. Sex parvae arae domesticae bipenni praeditae Iovi Labrayndo consecratae sunt, cuius nominis forma semel legitur *Λαβρένδιος*. In titulo Mylasensi AM 15 (1890) 259 n. 10 (supra p. 349) cognovimus formam *Λαβρένδου*.

Cos:

Paton-Hicks 347. In fragmento columnae legitur titulus saec. fere primi a. vel p. Chr. [*ὁ δᾶμος ὁ Ἁλεντίων . . .*] *σ*[*τ*]*ω Διὶ Σ*[*τ*]*ρατίῳ*[2]) *ἱλαστήριον κτλ.*

Hunc Iovem *Στράτιον* Labrayndum fuisse contendi non potest. Quodsi ita est, cultus aut ex antiquo imperio maritimo Carum servata[3]) aut potius posteriore demum aetate a Caricis colonis in insulam translatus est.

Locus incertus (aut Alexandria?):

Oversigt over det kongelige Danske Videnskabernes Selskabs Forhandlinger 1906, 315 sqq. Parva ara domestica (fig. l. c. p. 321) in adverso latere ornata est effigie bipennis et titulo: *Ὁ χρησμολό*[*γος Ἀ*]*ρίων Διὶ Λαβραιύνδω*[*ι*].

---

[1]) Nummus Mi. III 268 (Iup. Lab. in columnam desinens effictus in templo quattuor columnarum, Geta), sine dubio Mylasis excusus est. Quam sententiam mihi probat Ioa. de Foville, cui magnam scio gratiam.

[2]) Editorum coniecturam [*Σε*]*βα*|*σ*[*τ*]*ῷ Διὶ Στρατίῳ* refellendam habeo, quod iam versuum longitudo obstat, ne litterae *βα* et *σ*[*τ*]*ω* componantur. Certum nil habeo nisi clausulam *τῷ Διὶ Στρατίῳ*.

[3]) Stephano auctore insula quondam appellata erat *Καρίς*.

Qua in urbe hic titulus consecratus sit non iam constat. Etsi primum Alexandriae in diem prolatus est, tamen utrum hanc in urbem aliunde delatus sit necne, explorari non potest, cf. l. c. 322.

De Iove Labrayndo e Labrayndis alio translato.

Athenae-Piraeus:

IG II 1 613 a. 299/8 a.[1]) A thiasotis Iovis Labrayndi laudatur *Μῆνις Μνησιθέου Ἡρακλεώτης . . . τό τε προστῷον καὶ τὸ ἀέτωμα τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διὸς τοῦ Λαβραύνδου ἐπετέλεσεν ἀξίως τοῦ θεοῦ . . . καὶ τὴν ἱερωσύνην ἀξίως ἱερώσατο τοῦ θεοῦ.*

Cyprus:

In fundo aedificii antiqui prope vicum, qui hodie nominatur Phasulla aut Fasuli, haud procul a vetere urbe Amathunte (cf. Lud. de Cesnola, *Cyprus* 283, M. Ohnefalsch-Richter, *Kypros, die Bibel und Homer* I 21 n. 46, I. H. Hall, Journal of the American Oriental Society, proceedings at New Haven October 1883, 166 sqq.) sedecim statuarum fragmenta aetatis imperatorum inventa sunt, quorum duo aquila et inscriptione ornata sunt:

Cesnola: 105 s. III/IV p. *Δημῆτρις Δὶ Λαβρανίῳ εὐξάμενος ἀπεδώκη* l. c. 132 *Ὀλιάσας Δὶ Λαβρανίῳ εὐξάμενος ἀπέδωκεν.* Cf. Cesnola, *Descriptive Atlas* III tab. 143 n. 1. 2 et Hall. l. c. 167.

Caricorum negotiatorum erat sine dubio thiasus Labrayndi, qui in Piraeo portu tertio saeculo a. Chr. floruit.[2]) Variae illic religiones et cultus ab externis mercatoribus deferebantur. Noli ceterum oblivisci etiam gentem Isagorae Atheniensis Herodoto auctore V 66 Iovi Carico sacrificasse. Veri est simile historicum voce *Κάριος* non propria usum esse sed generali, atque Iovem imprimis apud Cares cultum i. e. Labrayndum significasse.[3])

---

[1]) *Confitendum tamen rem haud certam esse, quum litteratura tituli aetatem paullo recentiorem indicare videatur.* edd.

[2]) Cf. P. Foucart, *Des associations relig.* 209 sq. et Rev. arch. n. s. 10 (1864) 399 et Fr. Poland, *Gesch. d. griech. Vereinswesens* (09) 308 et passim.

[3]) Herodoti verba ad Iovem *Καραιόν* (cf. Hesych. s. v. et infra Iovem *Κάριον*) spectare non puto (cf. U. de Wilamowitz, *Aus Kydathen* 143 not. 64).

Etiam Iovem *Λαβράνιον* Cypri cultum nomine quidem sive temporis spatio sive dialecto paululum permutato a Caricis colonis traductum esse apparet: non solum Amathusia monumenta Lyciorum similia videntur (Cesnola, *Cyprus* 264 sqq.), etiam nomen *Ὀλιάσας* tituli 132 concinit cum *Ὀλιάτου* Mylasensis Ionum tyranni (Herod. V 37) nec non cum Carica forma *Οὐλιάδης* (Kretschmer, *Einl.* 366). Tertium testimonium I. H. Hall. l. c. 169 inde repetit, quod tituli Cypriis syllabis compositi prope Amathuntem ut in colonorum regione nulli fere reperti sunt. Cares igitur patria relicta ad illam urbem Iovi Labrayndo sacellum aedificaverunt.

Naxium testimonium Iovis *[Στ]ρατίου* IG XII 5 50 incertum est.

De reliquis formis Iovis bipenniferi apud Cares culti.

Etsi Iupiter Labrayndus sine dubio principatum omnium deorum Caricorum obtinet, tamen praeter eum multa alia numina bipennifera per totam Cariam coluntur, quae partim ut Labrayndus ex locis denominata partim a Graecis alio modo significata sunt, maxima autem ex parte, non nisi e nummis cognita, certis nominibus appellari non iam possunt.

Euromus-Hyromus:

Nummi:

Tota Iovis figura.

1. Deus in truncum desinens in modum pervetustum effictus est, s. hastam tenet, d. bipennem ut fulmen vibrat. Pedibus adstat cervus deum adspiciens:

in obv.: BMC 6, Wadd. 2349, Mi. III 252 (rev. aquila fulmini insistens), cf. Mi. S. VII Phryg. 345.

Idem fere cum adstante aquila[1]:

in rev.: BMC 8 (XVII 8), RN IV 6 (1902) 76 n. 63 (Aug. et Livia).

---

[1]) Mionnet et inde Ramsay, *Cities* 356 sqq. haec aera nomine urbis falso lecto Eumeniae, oppido Phrygiae, tribuerunt. Quem errorem correxit iam Imhoof-Blumer Kl. M. I 229 not. 6. Omnia Euromi excusa sunt. Contra iuvenis nudus bipennifer nummorum Eumenensium saepe perperam Labrayndus nominatur, cf. Drexler, *Roscher* II 1817, qui quidem nummum Mi. S. VII Phryg. 345 Euromi excusum esse falso negat.

2. Vetusta dei statua longo vestimento induta posita est inter pileos ac stellas Dioscurorum; s. tenet hastam, d. bipennem:

in rev.: BMC 3 (XVII 4), Mi. S. VI 265, Num. chron. 9 (1889) 151 (obv. caput Bacchi); BMC 4 (XVII 5 obv. cervus ante bipennem).

Deus similis sine pileis stellisve:

in obv.: BMC 5 (XVII 6), B Imhoof-Bl. 1900, Fox 1873 (rev. aquila), cf. Mi. III 250 (cum patera et hasta); Wadd. 2346, Mi. III 251 (rev. bipennis), cf. Wadd. 2348 (V 2 rev. Apollo sedens).

Deus similis tunica et pallio vestitus in d. graditur:

in obv.: B Prokesch-Osten 1875, (Fox 1873 rev. bipennis), cf. Mi. S. VI 358.[1])

Unicum nummum ab Ioanne Vaillant descriptum, *Numism. imper. graec.* (1700) 100 („*Iupiter ut Labradaeus velut in truncum desinens in templo quattuor columnarum*: *Ζεὺς Εὐρωμεύς*" (Carac.), cf. Mionnet III 254), praeterquam quod eum nusquam indagare potui, iam idcirco refellam, quod Euromenses tam inferiore aetate omnino nullos nummos excusisse videntur. Veri habeo simillimum Ioa. Vaillant perperam legisse nummum Mylasensem Caracallae vel Getae aetatis, cuius reversa pars efficta est BMC tab. XXII 5. Quam qui conspexerit, et illius errorem comprehendet et Mionneti, qui in eodem aere legebat *ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΝ* pro *ΜΥΛΑΣΕΩΝ*, cf. p. 359 not. 1.

Caput Iovis.

Caput barbatum laureatum: BMC 1 (XVII 3). 2, IB M. gr. 310. 54, Wadd. 2347 (rev. bipennis in cor.).

Signa Iovis.

1. Bipennis:

in rev.: vide supra.

in obv., alteri signo addita: BMC 4 iuxta cervum (supra), B Fox 1873 (Commod.) iuxta Victoriam.

---

[1]) Elucet hunc nummum a Mylasensibus alienum cum Euromensibus concinere iisque tribuendum esse. Ceterum nomen urbis plane evanuit.

2. Cervus:

in obv.: ante bipennem BMC 4 (supra).

in rev.: BMC 7 (XVII 7 Aug.), IB Mzkde. 88 n. 1 (Hadr.).

3. Aquila:

in rev.: vide supra p. 361, Mi. III 250 (Iup. cum patera et hasta).

Nil mirum habet Euromum Mylasis finitissimum hac quidem urbe excepta omnium Caricorum locorum, quae deum bipenniferum venerarentur, principatum obtinuisse. Omnia fere Euromensia aera sive signo sive statua illius dei et ea interdum Mylasensi simillima percussa sunt. Ambobus locis sive seorsim sive una cum Iove Dioscuri colebantur. Argumenta repetas partim e titulis Olymensibus LW 331, BCH 22 (98) 400 sqq. et 394 sqq. = AM 14 (89) 374 sqq. n. 3 et n. 5/6, partim e nummis Euromensibus quos supra descripsimus. Quae res eo plus valet, quod cultus Dioscurorum e Caria haud ita multa testimonia suppetunt.[1]) Arta autem cum illorum numinum consociatione comparare licet Iovem Ithomatam ac Dioscuros, quibus a Messeniis urbem suam restruentibus immolatur (Paus. IV 27. 6) et Castores ante templum Iovis Tonantis stantes (Plin. n. h. XXXIV 78) et maxime Iovem nudum fulminantem inter pileos ac stellas Dioscurorum nummo Atheniensi impressum (cf. Overbeck, *Kunstmyth. d. Zeus* 19 fig. 4). Etiam cervus in Euromensibus nummis cum deo bipennifero vel eius insigni coniunctus est. Quod quid sibi velit etsi declarare non possum, tamen rursus moneam nummorum Mylasensium BMC 33 (Car.) et 27 vel Wadd. 2429 (Hadr.), quorum in altero praeter deum sceptro et patera praeditum cervus stat illum adspiciens, in altero cervus solus; cf. 365.[2])

---

[1]) Tituli: Cnidus (Arch. Anz. 9 (94) 176), Cedreae (BCH 10 (86) 425), Iasus (Rev. arch. 1891. 218), Magn. (I Mag. 229), Thyssannusa (Ἐφ. ἀρχ. 1907. 215. n. 13), si quidem huc spectant Σωτηριασταί.

Nummi: Alinda BMC 14, Tabae e. g. 2—12, Orthosia B complures.

[2]) Praeter religiosam communionem etiam publicam societatem (συμπολιτείαν) certe aliquamdiu inter Euromenses et Mylasenses fuisse docemur titulo LW 394 v. 14, quem scite tractavit W. Judeich A. M. 14 (1889) 396.

Iupiter Lepsinus

LW 319 s. II aut III p. Parva ara Euromi inventa, cuius supra titulum bipennis insculpta est: *Διὶ Λεψίνωι Πολύκριτος.*

E signo inscriptioni addito concludere licet Lepsinum quoque etsi alio nomine praeditum Labrayndo propinquum esse. Aliud illius dei testimonium nuper Mileti in lucem prolatum est. Una e multis aris domesticis in superiore strato inventis consecrata est Iovi Lepsyno (cf. Wiegand Acta Acad. Berol. 1908. 27).[1] Iam Phil. Le Bas ad titulum 319 adnotavit cognomen Apollinis *Λέψιος* vel *Λεψιεύς,* Lycophr. Al. 1207. 1454, quod ad Lepsiam insulam Caricam (Plin. n. h. V 133) referendum esse Fridericus Spiro probabiliter coniecit, Herm. 23 (1888) 197. Quodsi *Λέψινος* vel *Λέψυνος* idem sibi volunt, Iovem Lepsinum e Milesia demum regione Euromum translatum esse putaverim, praesertim cum aliud quoque Apollinis cognomen *Τερμινθεύς,* Lycophr. 1207 (cf. V. Hehn, *Kulturpflanzen* [7] 417 sqq.), in titulo Milesio Iovi datum sit (Wiegand l. c.).[2] Utrum effigies nummorum, quas supra descripsimus, ad Iovem Lepsinum spectent necne, discerni non potest.

Amyzon:

Nummi:

Iupiter calatho ornatus s. hastam, d. bipennem tenens adversus stat, in s. spectans; figura exit in truncum. Circa effigiem legitur ΛΩΜΑ — . . . ΟΣ (?). Insuper signum cervi incusum est: NZ 16 (1884) 268 n. 94 (V 9) = Mi. III Pisidia 87 (Comana!).

rev.: [*Ἀ*]*μυ*[*ζ*]*ονέων* Apollo nudus.

Eiusdem generis est nummus Mi. S. VII Lydia 27 (Maeonia!), neque enim Diana Ephesia conspicitur, sed idem deus bipennifer, cf. IB Stdtm. 103 not. 3; litterae autem huius nummi certae sunt . . . ΩΜΑ.

---

1) Gratias habeo Theod. Wiegand, qui haec per litteras me docuit.

2) Nuperrime Ernestus Sittig, De Graecorum nominibus theophoris, diss. Hal. 20 (1911) 16 iure contendit in Asia Minore Iovis et Apollinis naturam saepius misceri eorumque cognomina commutari.

Cum nomen oppidi in rev. recte cognitum sit, dubitari vix potest, quin litterae obversae partis quondam Iovis cognomen praebuerint. Neque vero vox deleta iam restitui potest. Variae lectiones comprobari videntur ut *Κωμαῖος* aut *Χωμαῖος* aut *Λωμάτιος* aut aliae. Utut est, hoc quoque cognomen secundum Carum consuetudinem a loco quodam derivatum esse videtur; nova species Iovis bipenniferi cum Euromensi nec non Mylasensi iam signo cervi effigiei numinis addito coniungitur.

Iasus:

Nummi:

1. Figura Iovis barbati in truncum desinens:

Mi. S. VI 346 (M. Aur.), Wadd. 2433 (Comm.).

2. Caput Iovis:

Mi. III 286 (rev. bipennis).

3. Bipennis in corona:

Mi. III 286 (supra), 280 (obv. capita Ap. et Dianae).

Aera, si iure ad unum numen referuntur, cultum Iovis bipennem gerentis indicant.

Myndus:

Nummus:

Bipennis in rev.: Mi. III 329. 330 (ob. taurus d.).

Ceramus:

Nummi:

1. In templo quattuor columnarum deus brevi tunica vestitus in d. graditur inter duos leones aut pantheras, s. tenet hastam transversam, dextra omnino non iam cognoscitur:

IB Mzkde. 93 n. 5 (Carac.).

2. Idem s. hastam, d. bipennem ferens in d. versus est quasi progressurus adstante leone (aut panthera):

ZfN 2 (1875) 109 n. 1 (Ant.), BMC 8 (XII 13 Comm.).

3. Idem stat contra Iovem (Chrysaoreum) sceptrum tenentem, qui d. hastam bipenniferi tangit. Adstant alteri aquila, alteri quadrupes:

ZfN l. c. n. 3 (Comm.), ZfN 7 (1880) 26, Wadd. 2299 (Carac.).

Iam Iulius Friedlaender ZfN 2 l. c. duo numina Ceramensium nummorum recte secrevit. Perperam autem deum bipenniferum Osogoa nominavit, quam sententiam refellit Theod. Schreiber, *Festschr. z. Histor. Tage in Leipzig 1893* (1894) 53. Infra cognoscemus ne unam quidem rem indicare Iovem Osogoa, immo omnia Iovem Labrayndo propinquum, praeterquam quod vestis Ceramensis dei habitum barbarum etiam magis exprimit quam Mylasensis. Utrumque comitatur leo; nonnulli enim satraparum nummi, figura Labrayndi ornati, in latere reverso leonem exhibent ad dextram stantem quasi aggressurum. Quam propter effigiem illi argentei semper aut Mileti excusi aut Milesiis formis assimulati esse existimabantur. Sed F. Imhoof-Blumer *Münzkunde* 100 sq. demonstravit, quomodo Milesius leo differat a Mylasensi, quem aut urbis Mylasorum aut satrapae aut Iovis Labrayndi signum esse. Equidem cum aeribus Ceramensibus tum alia causa, quae infra tractanda erit, commoveor, ut eum Carico Iovi attribuam.

Stratonicea:

Nummi:

Bipennis in rev.: Wadd. 2550 (obv. caput Iovis in d.), iuxta aquilam fulmini insistentem: IB M. gr. 315. 79.

Elucet deum bipenniferum primariam sedem Stratoniceae sibi non comparasse. Nimirum, egregia enim pietate ibi praeter Triviam Laginensem Iupiter Panamarus colebatur.

Cys:

Hoc Cariae oppidulum, quod commemoratur in senatus consulto Stratonicensi BCH 9 (1885) 450 et nomine quidem paululum permutato a Stephano s. v. *Κύον* (cf. BCH 18 (1894) 41 sq.), situm erat ad Turcicum vicum Belipuli (i. e. *Παλαιόπολις*).

BCH 11 (1887) 310 n. 5. Marmor ornatum est effigie bipennis, quae syllabis nominis circumdata est *Μετε — σιλάου*.

Deus bipennifer tantummodo signo indicatus est.[1])

---

[1]) Bipennem ad artem Metesilai spectare (edd. l. c.) incredibile est.

Alinda:

JHS 16 (1896) 242. Basis bipenni ornata, titulo vacans.

Nummi:

Bipennis in rev.: BMC 10, Wadd. 2124, Mi. III 46 (obv. caput iuvenis).

Ad Iovem bipenniferum in hac regione cultum fortasse etiam titulus Philadelphensis spectat LW 641, qui supra bipennis effigiem legitur: *Ἀπολλώ]νιος Δίων[ος τοῦ Ἀπολ]λωνίου Ἀλ[αβανδεύς* (aut *Ἀλινδεὺς*?) *ε]ὐχαριστήριον [τῷ Διί]*. W. Drexler, *Roscher* II 1817 hoc monumentum deo Lydio ‚*Σώζοντι*' interdum bipennem gerenti attribuit; decerni vix potest nisi ex nomine oppidi laeso. Sin autem lacuna recte suppleta est, Apollonium hoc monumentum deo patriae i. e. Iovi bipennifero consecrasse puto.

Heraclea ad Salbacum:

Nummi:

Bipennis in rev.: tetradrachm. Alex.: Hunter 310. 134.

Bipennis et crista: drachm. Alex.: L. Mueller, *Numism. d'Alex.* 1133.

Bipennis taeniis ornata: BMC 4 (XIX 10 ob. cornucopiae).

Caput Iovis (aut Aesculapii?) laur.: BMC 18, Wadd. 2415 (Aug.).

Non dubito, quin bipennis, quam ipsam sacram fuisse ex taeniarum ornamento elucet, ad Caricum deum Labrayndo propinquum spectet, etsi in eiusdem urbis nummis et *Σώζων* et Amazones bipennem gerentes conspiciuntur (BMC 20 et IB Gr. M. 438. 441).

Aphrodisias-Plarasa:[1])

Nummi:

Caput Iovis longis cicinnis et laurea ornatum:

Plarasa: IB Gr. M. 412, Wadd. 2525. s. III/II a (rev. aquila bipenni insistens).

---

[1]) De his locis postea coniunctis egit C. Buresch, *Aus Lydien* 185. not. 1. cf. JHS 20 (1900) 62 sqq.

Aphrod.: IB Gr. M. 412[a], BMC 19 (V 9), Wadd. 2180 (rev. simulacrum Veneris).[1])

Bipennis (Plar.-Aphrod.):

in obv.: BMC 1 (V 1) 2. 3 (V 2), Wadd. 2533/36, Mi. III 107, S. VI 106/7[2]) (rev. thorax).

in rev.: IB Kl. M. 112 n. 1 (IV 11), B Loebb. 06 (obv. vultus Amoris).

Manubrio duae palmae taeniis ornatae impositae sunt: BMC 20 (V 10), Hunter 420. 1, IB M. gr. 305 n. 19, Wadd. 2181 (obv. caput Veneris).

Bipennis taeniis ornata: BMC 84, Wadd. 2540 (taurus gibb.), BMC 90. 91 (VII 2). 92. 93, Wadd. 2202, Mi. III 135, S. VI 129. 130 (Aug.). 133 (Claud.).

Signa aerum ad Iovem bipenniferum referre nil dubitares, nisi obstare videretur oraculum illud Sullae datum App. b. c. I 97

. . . ἔστι τις ἀμβαίνουσιν
Ταύρου ὑπὸ νιφόεντος, ὅπου περιμήκετον ἄστυ
Καρῶν, οἳ ναίουσιν ἐπώνυμον ἐξ Ἀφροδίτης·
ᾗ πέλεκυν θέμενος λήψῃ κράτος ἀμφιλαφές σοι,

cui adnotat auctor: *ἔπεμψε δὲ καὶ στέφανον χρυσέον καὶ πέλεκυν ἐπιγράψας τάδε·*

τόνδε σοὶ αὐτοκράτωρ Σύλλας ἀνέθηκ', Ἀφροδίτη,
ὥς σ' εἶδον κατ' ὄνειρον ἀνὰ στρατίην διέπουσαν
τεύχεσι τοῖς Ἄρεος μαρναμένην ἔνοπλον.

Ad quod igitur numen bipennis nummorum spectat? Ex ipsorum testimonio crediderim eam primum certe fuisse Iovis. Ad Venerem autem ut urbis deam Aphrodisienses paulatim omnes naturae et vitae vires detulerunt. Etiam caelestem Iovis potentiam ei impositam esse e marmoreis deae figuris elucere videtur, cf. Carolus Fredrich AM 22 (1897) 367. 368. 371. Qua de causa bipennis, Caricum signum illius potentiae nec non belli,

---

[1]) Obversa effigie nummi 412 et reversa n. 412[a] excusi sunt nummi Gordiutichi oppidi finitimi: BMC 1 (XVII 9). 2, Wadd. 2352, ZfN 15 (1887) 44 sq., 21 (1898) 223.

[2]) Hi quoque nummi unitis locis excusi sunt, cf. Imhoof-Bl. ad Gr. M. 412.

nobili deae attributam esse opinor, qua re admonemur Veneris *Στρατείας* a Mylasensibus cultae (p. 357 not. 2).[1]

Caricum numen fuit virile, cum ceteri Asiae Minoris populi et maxime Phryges praeclara pietate coluerint Magnam Matrem. Qua cum re congruit quod Aphrodisiade in urbe Cariae septentrionalis, Phrygibus finitima, duae religiones concucurrerunt ac paululum sese permiscuerunt, ita quidem ut principatum iam dea mater, istic Venus appellata, obtineret. Praepotens autem haec religio vetustum et intestinum cultum Caricum Iovis bipenniferi haud plane exstinguere potuit.

Mastaura:

Acta acad. Vindob. 30 (1893) 93 n. 2. Parva ara in obv. latere caput imberbe velatum atque titulum exhibet: *Γ' Διὶ Σπαλώξῳ Ἄμμιον εὐχήν,* in av. effigiem bipennis.

Nummus:

Caput Iovis laur. in d.: Mi. S. VII Lydia 337 (rev. palma et thyrsus in corona).

Titulus fortasse novam speciem Carici dei indicat. Repetatur etiam hic illud Etym. M. s. v. *Εὔδωνος,* ubi *Σπάλαξος* vel *Πάλαξος* una cum Labrayndo et Panamaro nominatur (p. 348). Neque vero constat, utrum Spaloxus Labrayndo Carico belli deo an Panamaro i. e. ‚Equiti deo' praecipue Lydio et Phrygio propinquus sit, qui etiam nummis Mastaurensibus impressus est et bipennem fert, e. g. BMC Lydia 5. 6. 10 (XVII 3). Tamen Spaloxum Iovem Caricum habere malo, cum e nummi testimonio tum quod ‚Eques deus' praeter Panamarum omnino nusquam ‚Iupiter' nominatur.

Orthosia:

Nummi:

Caput Iovis laur.: IB Mzkde. 95 n. 1 (rev. bipennis), BMC 1 (XXIII 3 Minerva), IB M. gr. 313. 74 (hedera). 74[a] (pilei ac stellae Diosc.), B (cornua lunae).

---

[1]) Nonnulli ceterum nummi deas urbium bipenni praeditas exhibent: IB Stdtm. 101 n. 3. 4[a] (Mostene), l. c. 110 n. 16 (Nysa), Wadd. 4159, IB Kl. M. 433 n. 7 (Anazarbus); cf. Imhoof-Bl. Stdtm. 104. Omnes aetate Romana excusi sunt.

Bipennis in rev.: supra.

Cariae testimoniis asserendum habeo nummulum Syllii Cibyratidis excusum IB Kl. M. II 351 n. 8 (XII 9, caput Iovis, rev. bipennis), cum deus huius loci in Cariae Phrygiaeque confinio siti sine dubio Carico numini aequandus sit.

Ex hac disputatione Iovem bipenniferum sive Labrayndum sive aliter cognominatum per totam Cariam insigni pietate cultum esse cognovimus. Etsi multa testimonia attulimus privata, tamen ex iis ipsis apparet, quantopere religio illa incolis Cariae quasi insita fuerit. Priusquam exploremus, quaenam aliae gentes idem numen veneratae sint et maxime, ubinam cultus bipennis eiusve dei ortus sit, de paucis numinibus nobis disserendum est, quae ex mea quidem sententia falso a viris doctis cum Labrayndo coniungi solent.

Arist. de part. anim. III 10. 9 p. 673 a 17 sqq. ed. Berol. vulgo legitur: *περὶ δὲ Καρίαν οὕτω τὸ τοιοῦτον διεπίστευσαν* (scil. *τὸ περὶ τὴν κεφαλήν, ὡς ἀποκοπεῖσα φθέγγεται τῶν ἀνθρώπων*) *ὥστε καὶ κρίσιν ἐποιήσαντο περί τινος τῶν ἐγχωρίων. τοῦ γὰρ ἱερέως τοῦ ὁπλοσμίου Διὸς ἀποθανόντος, ὑφ' ὅτου δὲ δὴ ἀδήλως, ἔφασάν τινες ἀκοῦσαι τῆς κεφαλῆς ἀποκεκομμένης λεγούσης πολλάκις·*

‚ἐπ' ἀνδρὸς ἄνδρα Κερκιδᾶς ἀπέκτεινεν'·

διὸ καὶ ζητήσαντες, ᾧ ὄνομα ἦν ἐν τῷ τόπῳ Κερκιδᾶς, ἔκριναν.

Contextus ineuntis loci laesus legitur in codicibus aut *καρ .. αν*, aut *καρ* aut *ἀρκαδίαν*. Editores quidem scripserunt *Καρίαν*. Qua de causa Iupiter *Ὁπλόσμιος* cum Carico Iove Stratio sive Labrayndo comparari quin etiam aequari solet. At Cercidas eiusve cognati apud veteres nominantur non nisi Arcades et maxime Megalopolitani, cum hoc nomen in Caria omnino non reperiatur. Atque Aelianus v. h. XIII 20 de morte Cercidae cuiusdam Megalopolitani similem fabulam enarrat. Accedit quod Iupiter *Ὁπλόσμιος* vel *Ὁπλόδμιος* cum in Arcadia tota (Immerwahr *Kulte u. Mythen Ark.* (1891), 26. 27) tum Megalopoli vel potius Methydrii, quod postea pagus Megalopolitanorum factum est, neque vero alibi colebatur (Foucart Rev. arch. n. s. 32

(1876) 96. 102/3, Dittenberger Herm. 16 (1881) 183 sq.). Ergo apud Aristotelem Ἀρκαδίαν legendum et Iovem Ὁπλόσμιον a Caria secernendum esse putaverim.[1])

Paucis etiam cultum Iovis Στρατίου attingam, qui per magnam partem Asiae Minoris septentrionalis floruit quique, quantum ad naturam dei bellicosam attinet, a veneratione Labrayndi separari vix potest. Testimonia Iovis Στρατίου exhibent urbes Nicomedia (Arr. FHG III 594. 41), Heraclea Pontica (Plin. n. h. XVI 239), Sesamus-Amastris (SB Berlin 1888. 876 n. 27, nummi e. g. BMC Pontus, Am. n. 11. 12[2]) cf. 34. 35 et NZ 23 (1891) 18 n. 29. 30) Bithyniae, urbs Amasia (IG III 201) eiusque regio prope Turcicos vicos Ebimi et Ghel-Ghiraz (Rev. de l'hist des relig. 43 (1901) 52 sq. ca. s. I a.) Ponti, Germanicopolis-Gangra (IG III 141. 143 (?), SB Berlin 1887, 1204 n. 58 (?)) Paphlagoniae.

Accedunt nuntii satis graves Plutarchi Eum. 17, qui Eumenem a copiis suis Antigono traditum (a. 316 a.) Iovem Στράτιον καὶ θεοὺς ὁρκίους invocasse enarrat, et Appiani Mithr. 65 cf. 70, qui patrium sacrificium Mithridatis diligenter describit (ἔθυε τῷ Στρατίῳ Διὶ πάτριον θυσίαν ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ). Ut armatus et bellicosus Iupiter Graecae religioni repugnat,[3])

---

[1]) Iam P. Kretschmer, *Die griech. Vaseninschr.* (1894) 149 hanc sententiam silentio sibi probasse videtur.

[2]) Etsi hic Iupiter Στρατηγός nominatur, tamen etiam Iovis Στρατίου figuram et eam a Daedalo factam (Arr. l. c.) Ioa. Overbeck *Kunstm. d. Zeus* 60 sqq. in nummis regum Ponti cognovisse sibi videtur. Asseram clipea argentea Hadriani Acta ac. Berol. 1855. 590 n. 51 (VII 4).

[3]) J. G. Welcker, *Gr. Götterl.* II 210. *Auf das Kriegshandwerk wird Zeus äusserst wenig bezogen.* — Graecus Iupiter armatus effictus est non nisi antiquissima arte in gigantomachia Ionici vasis nigr. fig. (ca. 600 a.) Mon. VI/VII 78 et fastigii thesauri Megariorum Olympiae exstructi. Quam rem ad cultum nil valere iam inde apparet, quod etiam ceteri dei deaeque illius vasis Neptunus thorace, Iuno casside armati sunt. Formis deorum figurisque arte nondum constitutis artifices illi vetusti ad deos pugnantes faciendos formas ex hominum vel heroum certaminibus deprompserunt, cf. Fr. Koepp Arch. Jhrb. 2 (1887) 270.

ita iam ex vetustate huius sacrificii, quod acute tractavit Franciscus Cumont, Rev. des rel. l. c. 47 sqq.[1]), sub illa nummorum et titulorum forma indigenam illius regionis deum comprehendendum esse existimo. Fr. Cumont Iovem *Στράτιον* antiquitus non nisi in Caria cultum a diadochis praecipue ei faventibus in Pontum translatum et prope Amasiam cum deo indigena confusum esse coniecit. Cares illuc colonias deduxisse variisque locis consedisse iam Otto Kaemmel e fabulis comprobavit (*Heracleotica, Plauen* (1869) 46 sq.), alia testimonia illius rei graviora praetermisit: ‚Caricus portus' et *Καρία* regio ab Arriano peripl. XXIV 2 prope Odessum sita nominantur; Cares circa Sesamum[2]) Paphlagoniae urbem, postea Amastridem appellatam habitaverunt (schol. Ap. Rhod. II 941) et ad Tanais ostium (Plin. n. h. VI 20); ad *Λάγινα* Cariae vicum prope Stratoniceam situm Stephanus adnotat *ἔστι καὶ Λαγίνεια Βιθυνίας,* de Cio autem Propontidis portu traditum est *κατῴκησαν δὲ αὐτὴν πρῶτον Μυσοί, ἔπειτα Κᾶρες, τρίτον Μιλήσιοι* (schol. Ap. Rhod. I 1177); tandem nomen magnae gentis *Καμαριτάων* (Dion., orb. descr. 700 et Eustath. in l. c. cf. Müller Geogr. Gr. Min. II 147 et 342) concinit cum Carica voce *καμάρα* (vide infra p. 381).

Quibus ex nuntiis concludas colonos Caricos etiam ad religionem cultumque Ponti aliquid contulisse. Sed ipsum signum Labrayndi, bipennis neque in titulis neque in nummis istic excusis conspicitur. Iam inde coniecturam illam translationis in dubium vocaveris. Ceterum cultus dei bellicosi barbaris populis usitatior est, quam ut talia numina multis locis seorsum ac separatim efficta esse negaveris. Insuper potius Persicam religionem, ad quam fortasse iam illud Arriani (Mithr. 66 *οἷόν τι καὶ ἐν Πασαργάδαις ἐστὶ τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι θυσίας γένος*) spectat, ad illum Ponticum cultum aliquid valuisse cognovit Fr. Cumont l. c. 55 sq., *Die orient. Religionen* 305 not. 29. Caricum autem Iovem *Στράτιον* cum Pontico non aequaverim.

---

[1]) Idem scite animadvertit, quomodo ad Turcicum viculum Ebimi vetusta immolandi ratio suo quidem modo hódie quoque conservetur.

[2]) Iam nomen Caricis simile est, cf. *Ἄμος, Κέραμος, Κίδραμος.*

De bipennis numinibus extra Cariam cultis.

Iam e Caria vestigia vetustissimae religionis, qua pro deis sacra signa colebantur,[1] manifeste eruimus. Qui cultus remotis temporibus etiam magis floruit. Sed cum inferiore aetate, qua numina ad hominum imaginem effinguntur, sacra illa signa deis nova ratione formatis attribui soleant, veneratio bipennis a bipenniferi dei secerni non potest. Omnia igitur ad nostram quaestionem spectant monumenta, quae bipennis cultum indicant. Constat illam principatum obtinuisse in religione illius aetatis, quae temporibus Graeciae historia iam illustratis antecedit, Creticae-Mycenaeae sive Minoiae. Cum monumenta illius aetatis et ex Graecia et ex Creta insula et aliis e locis in diem augeantur, operae non pretium est omnia ad nostram quaestionem spectantia, quae adhuc edita sunt, enumerare. Satis igitur habeo gravissimum quodque attulisse et quantum opus sit paucis verbis illustrasse.

Ut e locis in Graecia ipsa sitis exordium capiam, in pernoto anulo aureo Mycenis effosso (Schliemann *Myk.* 402 fig. 530, Furtwängler *Ant. Gemmen* II 20), qui sine dubio caerimoniam exhibet, conspicitur in media effigie quasi pendens labrys.[2] Cum tauri autem cornibus bipennis in quinquaginta sex lamellis aureis (e. g. Schliem. 252 fig. 329 sq. Milani, *Studi e materiali antichi di archeologia* I (1899) 198, Evans BSA 8 (01/2) 102, cf. Schliemann *Ilios* 677) coniuncta est. Clarissimum autem monumentum est illud tauri caput argenteum, cornibus aureis ac stella[3] ornatum (*Ἐφ. ἀρχ.* 1907, 57 fig. 12), cui nunc E. Gilliéron recte superposuit bipennem (Arch. Anz. 18 (03) 161).

Similem speciem praebet gemma Mycenaea Argis reperta (Schliem. *Myk.* 412 fig. 541, Furtw. II 42).

---

[1]) Respicias *τρίαιναν τήνδε σημεῖον θεοῦ* Aesch. suppl. 225.

[2]) Duas bipennes aeneas Schl. *Myk.* 125 fig. 173 cotidiano usui artificum fuisse existimo.

[3]) Huic stellae, quae caelestem numinis potentiam significare videtur, comparem Iovem *Ἀστέριον* (cf. E. Bethe Rh. M. 65 (1910) 215. 218) nec non Iovem Dolichenum; cf. p. 379 et 382.

Cypri ex sepulcro prope veterem Salaminem urbem in vico qui hodie vocatur Enkomi fragmentum vasis effossum est: inter taurorum capita, quibus bipennes impositae sunt, rursus signum cornuum cum bipenni coniunctum videtur (Murray-Smith-Walters *Excavations in Cyprus* (1900) 39 fig. 67 n. 844 = JHS 21 (01) 107 fig. 3 cf. 112 fig. 6).[1]

Lapidem fusorium Meli inventum (Excavations at Phylakopi in Melos (1904) 191 fig. 161) ad cultum spectare negaverim; de vasorum signis vide l. c. 179 sqq.

Principatum vero Minoiae artis et religionis obtinuit Creta. Atque ut postea non solum in Idaeo antro sed etiam tota insula summa veneratione cultus est Iupiter, ita iam Minoiae aetatis monumenta cultum bipennis vel bipenniferi numinis dilucide indicant. Constat quidem ante artis geometricae tempora aedem summi Cretici numinis non Idaeum antrum fuisse sed urbibus exceptis Dictaeum.[2] Quo in antro rimis saxi cum parvae effigies animalium et maxime taurorum (Mus. Ital. II 907 et tab. XIII 3. 4) tum bipennes aut aeneae aut figlinae infixae erant tam multae (BSA 6 (99/00) 109 fig. 40 = Karo l. c. fig. 3 cf. p. 112), ut, sive haec signa numini consecrata erant, sive ipsa numina putabantur, dominus antri sine dubio numen bipennis esset. Re vera bipennem ipsam Cretensibus numen fuisse dilucide cognoscitur e gemma ad oppidum Zakro inventa (BSA 7 (00/1) 54, JHS 22 (02) 78 fig. 5 = tab. VI 6), in qua mulier conspicitur bipennem adorans.

In finitimo vico Palaikastro prope vetus oppidum Sitiam larnax picturis ornata reperta est (BSA 8 (01/2) 297 sqq. fig. 15 et tab. XVIII sq., MAL 14 (04) 571 sqq. figg. 48. 48 a.):

---

[1]) Capita tauri bipennibus praedita etiam laminis aeneis aut argilla effıcta sunt (Ohnefalsch-Richter tab. 94 cf. p. 66 fig. 69 sqq.). Parvae autem bipennes iam a Ludovico Palma de Cesnola ex sepulcris Cypriis in lucem prolatae sunt; cf. Ohnefalsch-R. 266.

[2]) Nono demum aut octavo saeculo Dicte hoc honore Idae monti cessit (G. Karo ARW 7 (04) 117 sqq.). In Idaeo antro una gemma excepta (Karo l. c. fig. 16) nulla monumenta nisi artis geometricae reperta sunt, Mus. Ital. II 689 sqq. De Dictaeo antro egerunt F. Halbherr et P. Orsi Mus. Ital. II 905 sqq. A. Evans JHS 17 (1897) 351 sqq., Hogarth BSA 6 (99/00) 94 sqq., G. Karo l. c. 117 sqq., alii.

in altera parte longioris lateris (BSA tab. XVIII a) tenuis columna trunco arboris similis supra capitulum bipennem portat intra cornua stantem. Enascitur autem columna inter duos flores, quorum stamina rursus ad modum bipenni similem formata sunt. Cum cornuum ac bipennis arta copulatio monumentorum Mycenaeorum et Cypriorum in mentem revocet, columna cum bipenni consociata etiam in praeclaro illo sarcophago videtur, qui prope Phaestum in vico Hagia Triada in lucem prolatus est (Paribeni RAL 12 (03) 343 sqq. et maxime MAL 19 (08) 5/86 tabb. I/III; A. de Duhn ARW 7 (04) 264 sqq. et 12 (09) 161 sqq.; Ed. Meyer G. d. A. 2 ^{2} 711 sq.). Imagines notiores sunt, quam quas longe describere liceat. Quantum quidem ad nostram quaestionem spectat, brevi afferam: in sinistra parte frontis (?) mulier ex situla vinum aut sanguinem in magnum vas effundit. Quod duabus basibus insistit, quarum utraque portat pilam fronde ornatam et in bipennem duplicis utrimque aciei desinentem. Bipennibus aves insident a femina immolante aversae. In dextra parte reversi lateris ante aram figuras cornuum et arborem sacram portantem columna similis bipennifera sed foliis nuda exstructa est. Avis in bipenni stans adversa mulierem adspicit, quae in sacra mensa vel ara ante pilam composita caerimoniam conficere videtur. Quamvis viri docti picturas larnacis interpretati dissentiant, ea quae descripsimus ritus esse vel omnes probaverunt.

Tandem bipennis illic etiam ad saxa partesque aedificii signanda adhibita est (MAL 14 (04) 333), ut in substructione cyclopia meridianae partis tertiae arcis (MAL 12 (02) 30 tab. II 13), etsi alia quoque signa ut tridens ramus stella haud rarius ibidem inveniuntur (l. c. 87 sqq. fig. 24/5, MAL 14 (04) 431 sqq., BSA 7 (00/1) 22 not. 1).[1])

Plurima et artis Minoiae et venerationis bipennis monumenta nobis praebuit Cnossus, sedes Minois. Sacellum domesticum in ea meridionalis regiae parte, quae ad orientem spectat,

---

[1]) Eadem quattuor signa, quae illic saepissime videntur, etiam in fornicis lapide sepulcri regii ad Isopata vicum prope Cnossum siti exsculpta sunt (Evans, *The prehist. tombs of Knossos* (1906) 167 fig. 146).

effossum est. Ubi ara vel sacra mensa inventa est, qualis ante milia annorum relicta esse videtur (BSA 8 (01/2) 93 sqq. fig. 55, Karo 128 fig. 7). Imposita erant signa cornuum, quibus bipennes scilicet ligneas quondam insertas fuisse cum e multis exemplis supra allatis tum ex indiciis elucet. Non dubium est, quin effigies illae signa numinum existimatae sint. Columnis autem pilisve bipenni praeditis, quae in larnacibus supra descriptis conspeximus, comparari possunt picturae porticus Cnossiae inter septentrionem et occasum solis spectantis (BSA 10 (03/4) 42 sqq. fig. 14 et tab. II): ligneis columnarum capitulis bipennes, albo colore significatae, infixae sunt, qua re ceterum Dictaei antri admonearis. Accedit copia vasorum (e. g. BSA 9 (02/3) 115 fig. 71 = MAL 14. 573) gemmarum (e. g. l. c. 114 fig. 70) aliarum rerum ad nostram quaestionem spectantium. Etiam parva sigilla bipenni excusa a Cretensibus efficta sunt (e. g. BSA 8 (01/2) 103 fig. 61 cf. l. c. 107 figg. 65/6). Tandem labrys permultis ianuarum postibus ac lapidibus (JHS 14 (94) 282 fig. 9, BSA 6 (99/00) 32 et 64) nec non cellis promptuariis occidentalis partis regiae (BSA 9 (02/3) 37 fig. 18) incisa est. Permagni autem momenti sunt pilae in mediis conclavibus stantes, quae in tribus aut omnibus lateribus a capite ad solum signis bipennis quasi tectae sunt (BSA 6. 64 JHS 21 (01) 110 fig. 5, Milani *Studi e Materiali* II (1901) ad p. 86 fig. 270).

Elucet haudquaquam omnia monumenta quae enumeraverimus ad religionem et cultum Minoium iudicandum eiusdem vel paris momenti esse. Quin etiam dubitaveris utrum nonnulla re vera ad religionem spectent necne. Praecipue viri docti de pilis illis dissentiunt; cum alii eas ipsas numina vel numinis sedes habitas esse credant (A. Evans JHS 21 (01) 99 sqq.), alii eas non nisi ad profanas architecturae causas exstructas esse confirmant (H. Bulle, *Orchomenos* 77 sqq., cf. G. Karo 142 not. 2). Etsi dicas signa pilae videlicet gypso aut tabulis superpositis condita fuisse, tamen alteri opinioni stabiliendae praeter cetera testimonia larnacis Phaestiae, porticus Cnossiae inprimis afferenda est praeclara illa pictura sacri conventus vel templi (JHS 21 (01) tab. V), ex qua columnas illic signis cornuum impositas Cretensibus sacras fuisse ad persuadendum apte elucet (cf. l. c. 193 fig. 66).

Ad nostram quaestionem diiudicandam omnia bipennis monumenta plus minusve valent. Etsi sacra vis signi non iam in omnibus dilucide demonstrari potest et praecipue bipennis in sigillis excusa nil nisi litteram vel vocem significavit (Evans JHS 14 (94) 282, 304 n. 10; *Scripta Minoa* 149 sqq. 195/6 n. 36, cf. Furtw. *Gemmen* VI 14), tamen ex aliis artificiis bipennem antiquitus a Cretensibus insigni veneratione cultam esse satis superque apparet. Quod vero signum illud toties et tot locis effingebant, ea ipsa re Cretenses et maxime Cnossii illam religionem confessi sunt et tutelae illius numinis sese et totam regiam mandaverunt[1]) eodem modo ac Mylasenses eodem signo lapidibus moenium inciso eidem numini urbem suam consecraverunt (p. 356). Atque ut sacer locus Mylasensium, Labraynda, ex bipenni denominatus erat, ita etiam Cnossiam regiam ex eodem baetylo diligentissima religione ibi culto nomen cepisse iam dudum viri docti opinati sunt, priusquam haec coniectura tam gravibus monumentorum testimoniis stabiliri posset (M. Mayer Arch. Jhb. 7 (1892) 191, Hermes 27 (1892) 503, P. Kretschmer *Einl.* 404, cf. A. Evans JHS 21 (01) 109): nomen *λαβύρινθος* derivatum est ex voce *λάβρυς*. Si ita res se habet, Cretica vox *Λαβύρινθος* persimilis est Caricae *Λαβράυνδα* vel *Λαβράυνδος* (cf. p. 355); utramque ex verbo *λάβρυς* aut ex simillimo derivatam habeo exitu *-νθος* sive *-νδος* affixo. Nomina enim locorum in syllabam *-νθος* excidentia in Creta et in Graecia ipsa haud rarius inveniuntur quam nomina in *-νδος, -νδα* exeuntia in Caria et in tota Asia Minore.[2]) Duas igitur voces *Λαβράυνδα* et *Λαβύρινθος* vertendas duco „locus bipennis".[3]) (Alb. Dieterich *Kl. Schriften* 494 sq.)

---

[1]) Consentit H. Bulle *Orchomenos* 78, qui recte admonet imaginum Sanctorum aut crucis etiam profana aedificia ornantium, cf. G. Karo l. c. 125 sq.

[2]) Cuius dialecti, ut ita dicam, fines interpositi sunt Cretae (Labyrinthus, Radamanthys, Pyranthus, Syrinthus, Berecynthus) et Rhodo (Lindus, Brygindara, Camyndus); cf. W. Aly Philol. 22 (1909) 428 sq. 443.

[3]) Quaecumque H. W. D. Rouse JHS 21 (01) 268 sqq. huic opinioni opposuit, refellit H. R. Hall JHS 25 (05) 325 sqq. c. not. 11; cf. etiam R. M. Burrows *The discoveries in Crete* (1907) 107 sqq. Novam autem sententiae illius redarguendae viam ingressus est Ericus Bethe (Rh. M.

Quid autem monumenta de natura et vi bipennis Minoiae nos docent? Constat eam cultu tam arte cum tauro connexam et consociatam esse, ut duo signa seorsum tractare non liceat.

---

65 (1910) 200 sqq., maxime p. 218 sqq.), qui Minoem in Attica ad Phalerum superatum et labyrinthum omnino a Cnosso urbe secernendum esse censet: voce *λαβύρινθος* antiquitus nil significatum esse nisi vias in semet ipsas implicatas, quales saltationibus et choris praeberentur. Depromptam autem barbaram vocem esse ex illa saltandi area, quam Daedalus Cnossi Ariadnae fecisset. Postea demum eam rem eiusmodi permutatam esse, ut forma illius areae erroribus Minotauri assimulata esse diceretur (Plut. Thes. 21). Quo modo fabulam vastae aedis Minotauri exstitisse et pugnam Thesei ad Cnossum Ariadnae patriam translatam esse.

Cui opinioni ex parte tantum assentiri possum. Licet imperium vel religio Cretensium in Attica ipsa fractum et superatum sit, illa labyrinthi sententia omnino refellenda est. Ex Homeri verbis Il. XVIII 591 sqq. dilucide apparet illum Daedali *χορόν* non saltandi aream fuisse sed iuvenes virginesque saltantes ipsos ab artifice effictos, quorum choro Homerus chorum scuti Achillis comparat (cf. Paus. IX 40. 3). Quod ad illud Daedali opus attinet, moneam chori figurarum fictilium, quae in Palaikastro effossae sunt, BSA 10. 217 sqq. fig. 6. Ut autem labyrinthum saltandi seu aream seu formam habeamus fieri non potest. Nunquam Graeci chorum labyrinthum nominaverunt. Immo Plutarchus, cuius testimonio Bethe nititur, chorum a Theseo Deli Ariadnae consecratum et conditum *γέρανον* nominat, etsi *μίμημα τῶν ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ περιόδων καὶ διεξόδων* erat. Graecis praeter nomen domus Minotauri in Cnosso urbe aedificatae nil nisi memoria vastarum molium et viarum ibidem exstructarum, quae nostra aetate apparuerunt, traditum erat. Quo spectant testimonia scriptorum, qui labyrinthum semper habuerunt aedificium (*οἴκημα, ἕδος, θύραι, πῦλαι*), cf. O. Hoefer, *Roscher* s. v. *Labyrinthos*. Sed illam vocem ut sibi obscuram Graeci mox etiam aliis aedificiis vastis et extensis attribuebant. Artifices ad vim vocis explanandam paulatim notam Maeandri formam effinxerunt, qua in Minotauri monumentis aedificium, illius sedem, ornabant (cf. P. Wolters SB München phil. hist. Cl. 1907. 126 sqq.). Re vera autem labyrinthum nil nisi Minotauri domum fuisse e Graecorum memoria nunquam evanuit. Minotauri autem vel Minois sedem Cnossum fuisse etiam Bethe confirmat. Neque igitur Minotaurum neque labyrinthum ex mea quidem sententia a Cnosso secernere licet. Priusquam autem discerni possit, utrum Minos re vera in Attica superatus sit an Attici labores Thesei postea demum Cretico assimulati et ex eo derivati sint, nova ac subtili fabularum tractatione opus esse existimo, qua quidem a nostra quaestione nimis abducamur.

Longum est omnia testimonia cultus tauri afferre. Iam quae supra perstrinximus monumenta satis multum valent.[1]) Accedit nota Minotauri fabula.[2])

Apollodorus enarrat Minotaurum nominatum esse etiam *Ἀστέριον* (III 11). Re vera hac voce eundem Creticum deum significatum esse aliis quoque testimoniis fabularum comprobatur (cf. Bethe 218).[3]) Tauro igitur a Cretensibus aliqua vis ad lucem attinens attributa erat. Quae opinio monumentis stabilitur. Iam supra commemoravi praeclarum tauri caput Mycenaeum bipenni et stella aurea ornatum (p. 373). In Aegyptio autem sepulcro poculum Minoium delineatum est; duo taurorum capita conspiciuntur, quorum cornibus rosae aut stellae interpositae sunt.[4]) Sigillo Cnossio crux aut stella inter cornua tauri impressa est (BSA 8 (01/2) 102 fig. 60). Creticus igitur deus lucis et caeli fuisse videtur.[5]) Idem fere bipennem

---

Quod etiam scalare templi Didymei ex inscriptionis testimonio labyrinthus nominatum est, causa ab implicata aliqua aedificii parte repetenda videtur (Theod. Wiegand Acta ac. Berol. 1908 app. 35).

[1]) Noli neglegere celeberrimos taurorum ludos arte Minoia nobis traditos (cf. M. Mayer Arch. Jhb. 7 (1892) 72 sqq. et maxime A. Reichel AM 34 (09) 85 sqq.).

[2]) De qua nuper disseruit Bethe l. c. 214 sqq., qui contra communem sententiam Minoem non regem sed deum habet (l. c. 215): *Minos und der Stier sind identisch, Minos ist ein in Stiergestalt gedachter Gott, vermutlich nichts anderes als der barbarische Name dieser Gottheit eines ungriechischen Volkes.* Quae opinio etiam ab Iulio Beloch laudata (Ausonia 4 (09) 228 *E che egli* (*Minos*) *in origine sia un dio, è ugualmente chiaro*) mihi quidem non refellenda videtur. A Graecis memoria barbari numinis mixto nomine Minotauri servata est. Deum paulatim divina auctoritate exutum atque heroum etiam hominum numero insertum esse plurima testimonia Graecae religionis et mythologiae nos edocent.

[3]) Cf. Schirmer *Roscher* s. v. *Asterios.*

[4]) BSA 8 (01/2) 172 fig. 5 = BSA 16 (09/10) tabula titulo praemissa. Nescio an huc spectet etiam pinax Corinthius, in quo Minotauri figura undique stellis circumdata est Arch. Jhb. 12 (1897) 29 fig. 21. In amphora Nolana, Gerhard *Auserl. Vasenb.* III 160, totum Minotauri corpus stellis distinctum est.

[5]) Iovis Dolicheni monumenta infra cognoscemus. Cui ceterum in mentem non veniat Apis Aegyptii, cuius inter cornua orbis, signum solis, conspicitur (cf. Ed. Meyer *Roscher* I 420 et fig. l. c.)?

valuisse probabile est, quae cum signis tauri nec non cum stella tam arte consociata sit. Atque duobus signis eandem aut persimilem vim infuisse fortasse gemma Cnossia nos docet, quae rosam aut stellam praebet quattuor bipennibus circumdatam (BSA 8. 103 fig. 61). Quomodo persuademur Creticum signum vix aliud sibi voluisse atque Caricum. Veri est simile et Cares et Cretenses bipennem signum fulminis habuisse et ut summi caeli numinis insigne tam egregia pietate veneratos esse (cf. Karo ARW 7 (1904) 124 sq.).[1] Iovis *Κρηταγένους* admoneam, qui in nummis Cretensibus nudus fulminans excusus est. Utrum etiam Creticum numen bipenni significatum bellicosum fuerit necne, vix demonstrari potest. An huc spectat quod in Dictaeo antro praeter bipennes numini consecratas praecipue mucrones hastarum et sagittarum inventi sunt (BSA 6 (99/00) 109 sqq.)? Utut res se habet, cultum Creticum cum Carico aliquo vinculo connexum esse negari non potest.

Pro antiquitate Minoiae artis quispiam eum in Creta insula exortum postea in Cariam translatum esse existimaverit. Quam opinionem refellet qui, quam illa terra etsi Cretae finitissima praeclarae insulae artis particeps non fuerit, cogitaverit. Exigua modo vestigia recentissimae Minoiae artis ad Halicarnassum et Myndum (JHS 16 (1896) 265 sqq., cf. 8 (88) 67 sqq.)[2] et Miletum (Bethe l. c. 214, Th. Wiegand Acta ac. Berol. 1908 app. 7) adhuc apparuerunt. Cultus autem bipennis ab omni reliqua illius aetatis arte et consuetudine secretus usque eo in Caria inveterascere vix potuit. Neque igitur eum e Creta derivandum habeo. Sed origo fortasse a Caribus repetunda est. — Artem quidem Minoiam vix quisquam e Caria aut ex Asia ortam esse crediderit, immo in Creta iam extincta in Cariam demum nec non Cyprum translata est. Quam arte autem sacris rebus Cretenses cum Asiae Minoris

---

[1]) Deam Creticam bipenniferam scite tractavit A. Prinz AM 35 (1910) 149 sqq., cf. G. Karo l. c. 148.

[2]) Parietinae effossae ab editoribus testimonio Strabonis XIII 611 nisis perperam *Λελέγων τάφοι καὶ ἐρύματα* nominata sunt. Leleges ceterum, de quibus nuper disseruit W. Aly Phil. 22 (09) 430 sqq., sine dubio Caribus quolubet modo propinqui nisi consanguinei erant (cf. Strabo VII 321; Georgius Meyer BB 10 (1886) 151, Perrot-Chipiez V 313; Ed. Meyer § 506).

populis cohaererent, iam dudum apparuit (Milchhoefer, *Anf. d. Kunst* 132 sqq., Ed. Meyer G. d. A. I 2² 680 sqq., Prinz AM 35 (1910) 149 sqq.). Praeter summum caeli deum Magna Mater sive *πότνια θηρῶν* sive Rhea-Cybele ab his et illis insigni veneratione colebatur. Similitudines maiores sunt, quam quin affinitatem quamcumque testentur. De locorum nominibus iam supra actum est (p. 355. 377). Eduardus Meyer etsi Cretenses florentis Minoiae aetatis haudquaquam stirpi Asiae Minoris[1]) attribuendos sed ante duo fere milia annorum a. Chr. in insulam immigrasse et antiquissimos illius quidem stirpis incolas ex insula pepulisse putat, tamen eos fortasse alicui Asiae Minoris genti sive consanguinitate sive lingua propinquos fuisse concedit (§ 505 p. 681). Quam incolarum quaestionem ex continuitate artis diiudicari (Mackenzie BSA 12 (05/6) 219 sqq., Prinz AM l. c. 155 not. 2) probare non possum, cum etiam alieni populi artem susceptam excolere soleant. Utut est, nil obstare mihi videtur, ne artiorem Carum et Cretensium connexum probemus. Summa semper veneratione ab utroque populo cultus est Iupiter, cum in religione ceterorum Asiae Minoris populorum principatum obtineret Magna Mater (Ed. Meyer p. 646). Etiam linguae Caricae vestigia in insula reperiuntur: oppido Cretae *Κάμαρα,* cuius nomen a Stephano traditum, adhuc persimile exstat, Wilamowitz comparat scholium Oribasii IV 532 *ὅτι ὁ Ἀπολλώνιος ἐν τοῖς Καρικοῖς φησι κατὰ Καρῶν διάλεκτον κάμαρα λέγεσθαι τὰ ἀσφαλῆ* (Arch. Jhb. 20 (05) 104 not. 3); addo cognomen *Καμαρείτης* Meni[2]) in nummis Nysaeis Cariae attributum (e. g. BMC Lydia, Nysa n. 36). Sed etiam Minoem Carem fuisse (Ud. de Wilamowitz *Staat und Gesellschaft der Griechen und Roemer* (1910) 7) testimonio adhuc caret; neque nuntii veterum, qui Minoem Cares superatos ex insulis pepulisse narrant, huic opinioni favent. Omnes autem quas exposuimus res hoc mihi indicare videntur: si Cretenses re vera alterius stirpis fuerunt atque haec illave Asiae Minoris gens, Cares iis magna ex parte sive antiquitus

---

[1]) Praecipue eos propter capitis formam ab Hetitica gente differre putat.

[2]) De hoc deo rectius *Μάν* aut *Μάνης* nominando nuper e nominibus theophoris egit Ernestus Sittig *De Graecorum nom. theoph.* Diss. Hal. 20 (1911) 153 sqq.

sive postea sese admiscuerant. Contraria sententia inde refellenda est, quod neque Rhea-Cybele, quam Cretenses omnibus aetatibus praeter Iovem diligenter venerabantur, in Caria nisi in septentrionali Lydiae confinio culta est, neque taurus Cretica religione tam arte cum bipenni coniunctus Caribus omnino sacer fuisse videtur. [1]

Duarum igitur gentium coniunctioni et colluvioni praeclarum Creticum cultum attribuam, cuius partem Caricam sine dubitatione habuerim venerationem bipennis. [2]

Imperatorum aetate imprimis per milites Romanos ex Commagene provincia Syriae septentrionalis cultus Iovis Dolicheni propagatus est. [3] Cuius monumentorum forma usitata est haec (cf. Kan l. c. 5): stat thorace indutus, plerumque barbatus, pileatus galeatusve in tauro ad dextram gradiente, cuius caput rosa vel stella ornatum est. Dextra sublata bipennem vibrat, sinistra tenet fulmen. Saepe gladio accinctus est et super thoracem interdum paludamentum gerit, cuius lacinia in quibusdam monumentis ex umero dextro demissa est.

Quantum ad hanc figuram effingendam imagines Iovis Romani nec non imperatorum valuerint, facile intellegitur (cf. Seidl l. c. 22). Totus autem Dolicheni habitus duplicem eius naturam et pugnantis et tonantis tam dilucide indicat, ut memoriam Labrayndi his verbis perstrinxisse satis habeam. Miro tandem modo cum labrys tum tauri caput stella ornatum cum notis signis Minoiis concinunt. Suntne hae religiones etsi milibus annorum seiunctae tamen vinculo quodam connexae? Quam opinionem eo minus refellet, qui cogitaverit, quae Ericus Bethe (Rh. M. 65 (1910) 203 sqq.) de vestigiis artis Minoiae ad Palaestinae et Syriae oram repertis

---

[1]) Nescio an recte excipias Myndum oppidum Cretae finitissimum (cf. p. 365).

[2]) Cum ex infimis Cnossi aedificiis monumenta ad bipennis cultum spectantia non apparuerint, Cares fortasse media aetate Minoia (*Middle Minoan*) exeunte aut demum inferiore (*Late Minoan*) illam religionem in insulam transtulerunt.

[3]) De Iove Dolicheno egerunt Seidl SB Wien phil. hist. Cl. 12 (1854) 1 sqq., Ed. Meyer *Roscher*, Fr. Cumont PW s. v., praecipue autem A. H. Kan *De Iovis Dolicheni cultu*, diss. Rheno-Traiect. 1901.

exposuit.[1]) (Cf. P. Wendland *Die hellenistisch-roemische Kultur* (1907) 189, Alb. Dieterich *Kleine Schriften* 494 sq.).

Sed origo vel patria Dolicheni alia est: anaglyphum exterioris portae arcis in Syrio vico, qui hodie Sendschirli dicitur, effossae[2]) deum exhibet Dolicheno similem: barbatus, brevi et arta tunica indutus, ad dextram graditur altera bipennem vibrans, altera fulmen. Cingulo lato portat gladium magnum. E pileo lacinia sub d. umero pendet (Felix de Luschan *Ausgrabungen in Sendschirli* (= Kgl. Mus. zu Berlin, *Mitteilungen aus d. orient. Samml. d. Museen zu Berlin XIII*) III (1902) 218 sq. tab. XLI et fig. 114, cf. MdVG 5 (1900) tab. I 6).

In stela Babylone inventa, quam ex loco Sendschirli vel ex finitima regione ablatam esse constat (cf. de Luschan l. c. 219), deus persimilis exsculptus est, nisi quod habitu quietior videtur (VdDOG 1 (1900) 4 et tab. 1, cf. MdVG l. c. I 5).

In alio anaglypho ex arce Sendschirli deprompto deus barbatus, pileo brevi tunica fimbriata calceolo repando indutus ad d. versus est. Duabus manibus bipennem in d. umero portat, a s. gladius pendet (de Luschan l. c. 223 fig. 124 = tab. 42 a, Humann-Puchstein l. c. 383, tab. XLV 3). Quae anaglypha antiquis Hetiticae artis monumentis propinqua esse praeter alios iam Otto Puchstein cognovit (l. c. 385). Praeclarissimum illius populi monumentum nobis servatum est prope antiquam urbem Pteriam in saxis, quae hodie vocantur Jazyly kaja, ad vicum Turcicum Boghazkiöi. Magna deorum pompa effecta est, qua *ἱερὸς γάμος* Magnae Matris (Mâ, Ammas) eiusque amati (Attis, Pappas) celebrari videtur. (Humann-Puchstein l. c. 63 tab. X, Perrot-Chipiez IV tab. VIII figg. 309. 313, cf. Ed. Meyer § 478 sqq., C. Messerschmidt MdVG l. c. 21 sqq.). Primus autem deorum comitantium in panthera (?) ad sinistram gressurus est et gladio cinctus d. scipione nititur, s. bipennem portat, cum e cubito lacinia pendeat. Atqui littera hieroglyphica deo attributa

---

[1]) Ceterum Kaphtor, Philistarum patriam, Cretam esse viri docti consentiunt, cf. Dit. Fimmen *Zeit u. Dauer myk.-kret. Kultur* (1909) 82, Ed. Meyer SB Berlin 1909. 1022 sqq.

[2]) Cf. C. Humann et O. Puchstein *Reisen in Kleinasien u. Nordsyrien* (1890).

conspicitur etiam in altera huius anaglyphi parte (cf. MdVG l. c. tab. 27 E, Amer. Journ. 1899. 6 fig. 4), ad quam referendum est foedus inter Hetitarum regem Chattušil et Aegyptorum Rhamsen II anno fere 1290 a. Chr. factum (cf. Ed. Meyer l. c. et M. Müller MdVG 7 (1902) 21 sq.). Unde deum illum maximum ac praestantissimum Hetitarum Tešub cognoscimus, dominum caeli, tonitru ac fulmine potentiam indicantem. Eundem etiam bellicosum fuisse iam ex armis elucet. Ex hoc Hetitico deo omnia quae supra descripsimus numina derivata esse facile cognoscitur. Atque Dolichenus, etsi cum indigena quodam Syrio deo confusus[1]) (cf. Fr. Cumont *Die orient. Relig.* 173), naturam suam optime servavit. Quin etiam nomen provinciae Dolicheni Commagene concinit cum Hetitica voce Kummuch[2]) (Ed. Meyer p. 636).

Novum igitur bipennis numen praeter Caricum Creticumque cognovimus.[3]) Estne Hetiticus deus Carico adiungendus?

---

[1]) Quam confusionem quarto decimo et maxime duodecimo saeculo attribuam, cum Hetitae ab aliis populis pressi in Asia Minore ad meridiem spectante in Tauro, Amano, Syria nova domicilia occupabant.

[2]) Ad eundem religionis connexum ducimur formula ,ubi ferrum nascitur', quae et in quattuor Dolicheni titulis legitur et ad Chalybes adhibetur, ut deum illum et hanc fabrorum gentem aliquomodo coniunctos fuisse constet, cf. Cumont Rev. de phil. 26 (02) 280 sq., *Die orient. Rel.* 172 sq. Atqui Hetiticus deus, etsi Teisbas nominatus, apud Urartaeos et Alarodios cultus est. Quos non alios esse atque Chaldaeos vel Chalybes cognovit Lehmann-Haupt (Acta soc. litt. Gott. 1907 65 sqq., cf. Ed. Meyer 623). Ergo Iovem Dolichenum, Chalybum deum, re vera Hetiticum fuisse etiam hinc apparet.

[3]) Neque ab Hetitico deo segregandum est numen, quod in nummis Tarsi urbis persaepe excusum est, ab indigenis Sandas, a Graecis Hercules nominatum. Ex secundo fere saeculo a. Chr. usque ad mediam imperatorum aetatem effingitur vestitus, alta tiara ornatus, gladio et pharetra armatus, in leone alato et cornuto stans; d. sublata interdum stilum trium florum tenet, s. bipennem (e. g. BMC Lycaonia 178 sqq. n. 94 sqq.); levibus varietatibus praetermissis figura dei et bestiae etiam intra marginem metae, cui aquila insidet, conspicitur (BMC l. c. n. 104 sqq. XXXIII 2 sqq.). Iure ac merito F. Imhoof-Blumer Sandam-Herculem e Dolicheno derivatum esse negavit (JHS 18 (1898) 170), qui multo inferiore demum aetate gloriam sibi conciliasset quam deus Tarsensis. At Tarsensem ac Dolichenum communi origini tribuendos esse veri est simile. Uterque habet et gladium et taurum et fulmen (ad formam floris effictum?) et maxime bipennem. Ad Hetiticum

Etsi cuinam populorum stirpi Hetitae attribuendi sint adhuc non iam dilucide apparet, tamen compluria indicia ad magnas illas Asiae Minoris gentes spectare videntur. Nec desunt testimonia connexus cuiusdam Hetitarum Carumque. Nomina duabus gentibus communia collegerunt P. Jensen *Hittiter und Armenier* (1898) 112 sqq., Kretschmer *Einl.* 362 sqq., cf. A. Fick *Vorgr. Ortsn.* (05) 1 sqq., A. Evans *Scripta Minoa* (1909) 62 sq., Ed. Meyer 624 sq. Plus nobis valet religio: apud Hetitas haud secus atque apud Cares plurimi aestimatur deus, qui insignibus duplicem naturam et tonantis et pugnantis praestat; unus autem ille deus nobilissimus aliis lociis aliis nominibus appellatur, cf. Ed. Meyer 635. Effigiei vero dei Hetitici, quae in saxis Jazyly kaja exsculpta est, figuram nummorum Ceramensium comparemus, quam supra vetustissimam cognovimus: uterque brevi tunica vestitus est, uterque bipennem et gladium [1]) portat; etiam hasta Cearamensis dei, si quidem dilucide efficta est, scipioni Hetitici sine dubio assimulanda est. Accedit autem quod eadem videlicet animalia deos subsequuntur, [2]) ita quidem ut in anaglypho Hetitico deus bestiae insistit aeque ac Dolichenus, — cuius usus exempla e Babylonia et Sumeria arte repetunda sunt — cum in nummo Carico deus ad Graecum modum iuxta bestiam stet. Quae est horum deorum similitudo, nescio an opinari liceat duos populos aliquando se tetigisse et alterum alteri cultum summi dei bipenniferi deprompsisse. Milani *Studi e Materiali* I 35 sq. et Foucart, Fondation Piot 18 (09) 175 originem ab Hetitis repetunt (cf. Perrot-Chipiez I 338. 9). Neque vero contraria sententia mihi minus probabilis videtur. Cum in Ponti Euxini oris supra certa colonorum Caricorum vestigia eruerimus, Cares etiam antiquissimis temporibus illuc navigasse vero propius est. Plus autem ea res valet, quod Hetitae ex monumentorum testimonio aliquando

---

autem deum etiam leo alatus referendus videtur, qui in anaglypho ad Sendschirli vicum effosso numini bipennifero obstat (Puchstein l. c. tab. XVL, 3) similiter atque in nummo Tarsensi (Perrot-Chipiez IV 727 fig. 266).

[1]) Aelianus XII 30 de Labrayndo narrat *τὸ δὲ ἄγαλμα ξίφος παρήρτηται.*

[2]) Qua de causa etiam leo Mylasensium nummis incusus ad deum non ad satrapen referendus mihi videtur, cf. supra p. 366.

regionem multo latiorem obtinuerunt, quin etiam fortasse finitimi Carum fuerunt. Neque enim solum in Syria et Cappadocia, verum etiam in reliqua Asiae Minoris parte, in Lycaonia Phrygia Lydia anaglypha Hetitica saxis insculpta apparuerunt (cf. Perrot-Chipiez IV 712 sqq. figg. 350 sqq.). Accedunt minora vestigia aera sigilla cylindri similiaque. Sed utrum cultus dei bipenniferi Caribus an Hetitis tribuendus sit an ad duorum populorum consanguinitatem spectet, quis discernat, priusquam et litterae signave et origo Hetitarum aperta et melius illustrata sint?

Id certe hac dissertatione demonstravisse mihi videor maximas gentes stirpi Asiae Minoris attributas insigni pietate deum belli et caeli bipenni armatum veneratas esse,[1]) qui quidem cultus nusquam aequa perseverantia fotus sit atque apud Cares. Graeci autem, qui in Caria indigenam deum permutare vix potuerunt, in Graecia ipsa paulatim suis numinibus principatum comparaverunt, etsi vestigia barbari dei prius ibi quoque culti Mycenaea arte excepta[2]) compluribus locis reperta sunt[3]) (cf. Karo ARW 7 (04) 134, Paul Jacobsthal *Der Blitz in der orientul. und griech. Kunst* diss. Berol. 06. 10).

---

[1]) Ed. Meyer G. d. A. I 2^2 § 488 etiam Amazones bipennem gerentes cum illo bellicoso caeli numine coniungendas esse censet.

Septimo saeculo in Asia Minore ornamenta ad bipennis formam excusa sunt (BHC 3 (1879) 129 sq. = Perrot-Chipiez V figg. 203 sqq., *Excavations at Ephesus* (08) 103. 170. 337 sq.). Ex auctorum et nummorum testimoniis — respicias etiam titulum Olympium (I. Ol. 39) — notus est ‚*Τενέδιος πέλεκυς*', de quo recte iudicare mihi videtur Herm. Usener Rh. M. 60 (05) 21; cf. Frazer in Paus. V 308 sq.

[2]) Geometricae artis testimonium afferam pulchrum vas Cyprium generis quod vocatur Dipylon (Ohnefalsch-R. tab. 89, 1) nec non figuram figlinam ex arce Athenarum promptam (Perrot-Chipiez VII 149 fig. 28).

[3]) Per totam Graeciam viri docti vetustissimum quodque delubrum effodientes permultas bipennes parvas aliquando numinibus consecratas in lucem protraxerunt, ut Dodonae (Carapanos 100. 4 tab. 54. 6. 7, cf. Philostr. mai. imag. II 31, 1), Delphis (*Fouilles de Delphes* V 2 120 sq. et V 3 praef. II), Lusis (Österr. Jhrh. 4 (01) 49), Olympiae (Furtwaengler, *Bronzen von Olympia* 71 tab. XXVI 520—27), Spartae (BSA 13 (06/7) 101 fig. 31 f, 116 sq. fig. 6 e, 14 (07/8) 73 et BSA 15 (08/9) 147 tab. IX 9. 10 VIII 14), in Leucade insula (AM 31 (06) 208) aliisque locis. Bipennes Troiae (Schliemann *Ilios* 671 sqq.) et Cypri (Ohnefalsch-Richter tab. 136, 4) et Amorgi (Aarbøger 338) et variis Italiae locis (Bull. di pal. 13 (1887) 140 sqq.) effossae maxima ex parte obsoleti laboris instrumenta

De ceteris Iovis cultibus apud Cares florentibus.

Mylasa.

Athen. VIII 348 D: *εἰς Μύλασα δ' ἐπιδημήσας* (scil. *Στρατόνικος κιθαριστής*) *καὶ κατιδὼν ναοὺς μὲν πολλούς, ἀνθρώπους δὲ ὀλίγους στὰς ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ ἔφη, 'ἀκούετε, νεῴ.'*

Iupiter Osogoa:

Strabo XIV 659: *ἔχουσι δ' οἱ Μυλασεῖς ἱερὰ δύο τοῦ Διός, τοῦ τε Ὀσογῶ καλουμένου, καὶ Λαβρανδηνοῦ· τὸ μὲν ἐν τῇ πόλει, τὰ δὲ Λάβρανδα κτλ.*

Paus. VIII 10. 4: *θαλάσσης δὲ ἀναφαίνεσθαι κῦμα ἐν τῷ ἱερῷ* (scil. *Ποσειδῶνος τοῦ Ἱππίου* ad Mantineam culti) *λόγος ἐστὶν ἀρχαῖος· ἐοικότα δὲ καὶ Ἀθηναῖοι λέγουσιν ἐς τὸ κῦμα τὸ ἐν ἀκροπόλει καὶ Καρῶν οἱ Μύλασα ἔχοντες ἐς τοῦ θεοῦ τὸ ἱερόν, ὃν φωνῇ τῇ ἐπιχωρίᾳ καλοῦσιν Ὀσογῶα. Ἀθηναίοις μὲν δὴ σταδίους μάλιστα εἴκοσιν ἀφέστηκε τῆς πόλεως ἡ πρὸς Φαληρῷ θάλασσα, ὡσαύτως δὲ καὶ Μυλασεῦσιν ἐπίνειον σταδίους ὀγδοήκοντα ἀπέχον ἐστὶν ἀπὸ τῆς πόλεως.*

Athen. II 42 A: *μεταβάλλειν τέ φησιν οὐ μόνον τὰ πικρὰ τῶν ὑδάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ ἁλυκὸν καὶ ὅλους ποταμούς, καθὰ τὸν ἐν Καρίᾳ, παρ' ᾧ Ζηνοποσειδῶνος ἱερόν ἐστιν.*

Athen. VIII 337 CD: *ὡς μὲν οὖν κρουματοποιοῦ* (scil. *τοῦ Δωρίωνος*) *μνημονεύει Μάχων ὁ κωμῳδιοποιὸς οὕτως·*

ὁ κρουματοποιὸς Δωρίων ποτ' εἰς Μυλῶν[1])
ἐλθὼν κατάλυσιν οὐδαμοῦ μισθωσίμην

---

fuisse videntur, cf. Chr. Blinkenberg *Archaeol. Studien* (1904) 44 sqq. et Castelfranco, Bull. di pal. l. c.

[1]) Brevi formae *Μυλῶν* compares lectionem codicum Plutarchi qu. gr. 45 *μυλεων*, ubi quidem Meineke coniecit *Μυλασέων* et illud Senecae nat. qu. III 26. 7: *ubique autem facit mare, cui haec natura est, ut omne immundum stercosumque litoribus impingat. Quaedem vero partes maris certis temporibus hoc faciunt, ut circa Messenen et Mylas fimo quiddam simile turbulentae vis mare profert fervetque et aestuat non sine colore foedo,* cf. Plin. n. h. II 220.

δυνάμενος εὑρεῖν ἐν τεμένει καθίσας τινί,
ὃ πρὸ τῶν πυλῶν ἦν κατὰ τύχην ἱδρυμένον,
ἰδών τ' ἐκεῖ θύοντα τὸν νεωκόρον,
'πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς καὶ θεῶν, τίνος, φράσον,
ἐστὶν ὁ νεώς, βέλτιστε, φησίν, οὑτοσί;'
ὃ δ' εἶπεν αὐτῷ 'Ζηνοποσειδῶνος, ξένε.'
ὁ Δωρίων δὲ 'πῶς ἂν οὖν ἐνταῦθ',' ἔφη,
δύναιτο καταγωγεῖον ἐξευρεῖν τις, οὗ
καὶ τοὺς θεοὺς φάσκουσιν οἰκεῖν σύνδυο;'

Eust. Il. IX 457, p. 763 vers. 51 sqq.: Ὅτι Ζεὺς καὶ ἐνταῦθα καταχθόνιος ὁ Ἅιδης, ὡς ἐάν τις εἴποι ἀνὴρ ὑπόγειος. εἰ δὲ κατὰ παλαιὰν ἱστορίαν περί τινα Καρικὸν ποταμὸν Ζηνὸς Ποσειδῶνος ἦν ἱερόν, ἰδοῦ τὸ Ζεὺς ἤτοι Ζὴν κοινὸν ὄνομα Διὸς καὶ Ποσειδῶνος καὶ Ἅιδου τῶν ἀδελφῶν.

Tituli:

BCH 14 (1890) 619 n. 17 ca. a. 200 a. (supra p. 349). Fragmentum decreti proponendi παρὰ δὲ αὐτῶν (Μυλασέων) ἔς τε τῶ Ζανοποτε[ιδᾶνος καὶ] τῶ Λαβραύνδω.

LW 362: Λο]ύκιος Γεί[των (?)] . . . δὶς ἱερεὺς Διὸς [Ὀσ]ογῶ Ζανο[ποτειδᾶνος.

BCH 5 (1881) 99 n. 2. Hic titulus et quattuor qui sequuntur primo saec. a. Chr. consecrati et in templi fundo reperti sunt. Σύμμαχος Γ. Πλωτίου Συμμάχου υἱός, ἱερεὺς Διὸς Ὀσογῶα, Διὸς Ζηνοποσειδῶνος.

Πόλλις Ἱεροκλέους τοῦ Ἱεροκλέους στεφανηφορήσας καὶ ἱερατεύσας τοῦ τε Διὸς τοῦ Ὀσογῶ καὶ τοῦ Διὸς τοῦ Λαβραύνδου . . . ἀνέθηκαν τοὺς ἑξῆς κίονας ὀκτὼ ἐκ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων τῶι Διὶ τῶι Ὀσογῶι (pars 1. = CIG 2700, 2. = LW 348).

AM 15 (1890) 260 n. 13. Σύμμαχος Γαΐου Πλωτίου Συμμάχου υἱός, ἱερεὺς Διὸς Ὀσογῶ Ζηνοποσειδῶνος.

BCH 5 (1881) 100 n. 3 = LW 361. Ἐπιτυγχάνων Δρακοντίδου Ἑκαταῖος, ὁ καὶ Ἑκατόμνως, ἱερεὺς Διὸς Ὀσογῶα, Διὸς Ζηνοποσειδῶνος.

l. c. 101 n. 4 = Rev. arch. n. s. 32 (1876) 284. *Γ. Ἰούλιος, Κορνηλίᾳ, Πύρσος Αἰλιανός, ἱερεὺς Διὸς Ὀσογῶα Διὸς Ζηνοποσειδῶνος.*

l. c. n. 5 = Rev. arch. l. c. *Τιβ. Κλ. Αὐρήλιος Ἱέρων, ἱερεὺς Διὸς Ὀσογῶα Διὸς Ζηνοποσειδῶνος.*

LW 345 eiusdem fere aetatis: *Ἰατροκλέους τοῦ Καλλισθένου ἱερέως Διὸς Ὀσογῶ, τὴν [εἰκόνα Ἑκατό]μνως ἱερεὺ[ς Διὸς Ὀσογῶ* (?) *ἀνέθηκ]εν φιλοστο[ργίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑ]αυτόν, Δ[ιί].* Nescio an Hecatomnus idem sit qui supra nominatus est.

LW 359 ineuntis imp. aet.: *Ἱερεὺς Διὸς Ὀσογῶ[α Διὸς Ζηνοποσειδῶν]ος.*

LW 334 s. I a. Decretum Olymensium et Labrayndensium (cf. W. Iudeich AM 14 (1889) 338): *[Ἐπὶ στεφανηφόρου τοῦ δεῖνος τοῦ Μενάν]δρου, γραμματεύοντος βουλῇ Ἰάσονος τοῦ Ἰά[σονος καθ' υἱοθεσίαν τοῦ δεῖνος ἱερέως] τοῦ Διὸς τοῦ Ὀσογῶ.*

LW 360 s. I p. Fragmentum decreti illi similis v. 5: *[το]ῦ Διὸς Ὀσογῶ οὗ καὶ τὰ . . .*[1])

LW 398 s. I ante vel post Chr.; Decretum Mylasensium incidendum est (v. 29): *ἐν] τῶι ἱερῶι [τοῦ] Διὸ[ς Ὀσ]ογῶ κατὰ τὸν νόμον.*

LW 400 s. I p. Fragmentum decreti v. 3: . . . *Διὸς Ὀσογ]ῶ σωτῆρος καὶ εὐεργέτου τῆς πόλεως.*

SB Wien 132 (1895) 17 n. 11 s. I p. Titulo consecratur aedificium exstructum. *Σεβαστοῖς Ἀριστωμένης Σκύμνου Μᾶτρις ὁ καὶ Ὑσσάλδωμος καὶ στεφανηφόρος καὶ ἱερεὺς Διὸς Ὀσογῶ εἰσήγαγεν.*

BCH 12 (1888) 13 n. 3 s. I p. Honoribus afficitur *Στεφανίων Ἐφημέρου,* v. 3 . . . *ἱερεὺς τοῦ] Διὸς τοῦ Ὀσογῶι* (sic!).

LW 358. *προσκυνήματα* iudicum externorum (cf. 349/57) aet. Domitiani:

---

[1]) Recte W. Drexler lectionem editorum *Ὀσογώου καὶ τα . . .* correxisse mihi videtur, *Roscher* III 1225 v. 20.

a) *Ἐπὶ ἀνθυπάτου Καισεννίου Παίτου.*

b) *Νίκη Διὶ Ὀσογῷ.*

c) *Ἐνεδήμησαν δὲ οἵδε ἐπὶ ἀρχιερέως Μενάνδρου τοῦ Φιλαργύρου, στεφανηφόρου δὲ Μενίππου τοῦ Εἰρηναίου*[1] . . . *ὑπηρετούντων Παπ[ίου], Μηνᾶ,* . . . *[τῷ] Διί.*

Decreta tribus *Ὀτωρκονδέων*:

LW 414 = CIG 2693 f. Hic titulus et qui sequuntur tres spectant ad agros templi vendendos vel elocandos et primo saec. a. Chr. compositi sunt.[2] *ὠνή* v. 6 *οἷς ἐπρίατο ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος τὰς γέας . . . τὰς οὔσας ἱερὰς Διὸς Ὀσογῶ, [τὰς]*[3] *σὺν τοῖς ἐνοῦσι δένδρεσι.*

LW 415 *ἔμβασις* v. 6 *εἰς τὰς γέας . . . εἰς τὰς οὔσας ἱερὰς Διὸς Ὀσογῶ, ἃς καὶ ἐκτηματώνηκαν Διὶ Ὀτωρκον-[δέων, σὺν τ]οῖς ἐνοῦσι δένδρεσι.*

BCH 22 (1898) 381 n. 21 *ὠνή.* col. I v. 12 *παρὰ τῇ γῇ τῇ οὔσῃ ἱερᾷ Διὸς Ὀσο[γῶ.*

BCH 5 (1881) 108 sq. A = LW 393, cf. BCH 12 (1888) 30 *ψήφισμα* (scil. *ὠνῆς*) v. 13 . . . *γενομέ]νης δὲ τῆς ὠνῆς τῶν προγεγραμμένων τοῖς κτηματώναις ε[ἰς τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα, μισθώσεται* („*ὁ θεός*' est videlicet *Ζεὺς Ὀσογῶα* cf. BCH l. c. 107 sqq.).

LW 411 s. I a. Decreto tribus nescio quis laudatur v. 3 *δεδόχθαι στεφανῶσαι . . . καὶ ἀνα[κηρῦξαι ἐν τῷ] ἀγῶνι τῷ συντελουμένῳ Δ[ιὶ] Ὀσ[ογῷ·*[4] . . .

---

[1] Idem nomen legitur in titulo saec. primi a. Chr. BCH 5 (1881) 108 A v. 4. Sed hunc Menippum illius progeniem habere malo quam partes tituli LW 358 diversis aetatibus attribuere.

[2] Quas emptiones scite tractavit W. Judeich AM 14 (1889) 373 sqq.

[3] Patet lacuna trium fere litterarum. Coniecturae editorum *Ὀσογώ[ου]* obstat iam forma *Ὀσογῶ* insequentis tituli, qui ad eandem rem pertinet.

[4] Lacuna unius modo litterae *Δ. ΟΣ* perincerte expleta est.

LW 406 s. I a. Laudatur *Ἀντίοχος Θαργηλίου* v. 12 . . . *τῶν ἀγώνων τ]ῶν συντελουμένων τῶι Διί.*

LW 408 s. I p. Honoribus afficitur *Λιμναῖος Οὐλιάδου* v. 14 *ἀναθεῖναι δὲ τὴν εἰκόνα ἐν τῶι ἱε[ρῶι τοῦ Διὸς τοῦ] Ὀσογῶ . . . ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα ἐπὶ τοῦ τοίχου τοῦ περιβόλου τοῦ τεμένους.*

Nummi:

Tota Iovis Osogoa figura:

1. Simulacrum pervetustum: deus longo vestimento indutus capite radiato adversus stat, lacerti corpori applicati sunt, bracchia extenta. S. tenet aquilam, d. tridentem cancro marino insistentem:

Wadd. 2463 (V 8), cf. Mi. III 312 (Sept.).

2. In templo quattuor columnarum stat deus adverso corpore tunica et pallio vestitus, s. aquilam, d. tridentem ferens:

BMC 31. 32 (Sept.), similis est nummus JB Kl. M. 145 n. 8, in quo quidem editor sceptrum, non tridentem cognovit; cf. Mi. III 316 (Car.).

3. deus ad dextr. stat cum aquila et tridenti et cancro:

JB Kl. M. 145 n. 7 (Pius), B Loebb. 06 (Sept.), B Rauch 1878 (Phil. I. et II.).

Clipea argentea: Acta ac. Berol. 1855, 627 sq., cf. 591 n. 54. 55. (VII 7. 8), Cohen *m. imp.* II[2] 132 n. 302 sq. (Hadr.).

Similis est deus aerum BMC 40 (Tranq.) et JB Kl. M. 144 n. 4 (Domit.), quem etsi sceptrum fert, iam ob vestimentum et aquilam Osogoa nominare non dubito; cf. Mi. S. VI 378 (Val. et Gall.).

4. Deus tunica et pallio indutus, cum tridenti et aquila stat contra Iovem Labrayndum:

BMC 37 (Car. et Geta), cf. p. 352 n. 5.

Caput Iovis Osogoa:

Caput barbatum et laureatum: Mi. III 305 (Aug.). 307 (Nero) iuxta tridentem.

Quae aera non ad Neptunum, sed ad Iovem Osogoa referenda sunt, cf. Baker Num. chron. III 12 (1892) 93 sqq.

Signa Iovis Osogoa:

1. Cancer marinus, in rev.: Wadd. 2451 (obv. equus).

2. Tridens ornatus:

in rev.: BMC 8/11 (XXI 14) 12. 13. (XXI 15), Wadd. 2450. 2452/3, IB M. gr. 312 n. 69, M. III 294. 297. 299, S. VI 351/5 (obv. equus sive totus, sive pars prior), Mi. III 300 (ob. aquila), BMC 14 (XXI 16) 15. 16, Mi. III 298 (obv. bipennis), BMC 26 (Hadr.).

3. Cancer et tridens, in rev.: Mi. III 301 (obv. aquila).

4. Tridens cum bipenni, et 5. Tridens et cancer cum bipenni coniuncti: supra p. 352 sq. n. 2. 3.

6. Aquila in obv.: Mi. III 300. 301; vide supra.

Nominis formam recte cognovisse videtur W. Drexler, *Roscher* III 1225. Inscriptiones praebent genitivum *Ὀσογῶ* aut *Ὀσογῶα,* dativum *Ὀσογῶι.*[1]) Quibus ex formis viri docti probaverunt nominativum **Ὀσογώς*. Praeferam *Ὀσογῶα* et titulorum testimonio adductus et maxime Pausaniae, qui hanc ipsam formam attribuit *φωνῇ τῇ ἐπιχωρίᾳ.*

Variae nominis interpretandi coniecturae leguntur apud Roscherum l. c. Graece autem deus cognominatus est *Ζηνοποσειδῶν.* Graeci enim, ut erant consueti nomine naturam dei indicare barbarosque deos suis assimulare, Caricum numen non nisi duorum deorum nominibus caeli ac maris comprehendere posse sibi videbantur.[2]) Quae duplex natura etiam aliunde elucet. Ex scriptorum (Athen. et Eust.) et titulorum nuntiis (BCH 22 (1898) 381 n. 21 col. I) delubrum dei ad flumen situm erat;[3]) alii (Paus.

---

[1]) Quae forma non nisi errore lapicidae adhibita est in titulo BCH 12 (1888) 13 n. 3 *Διὸς τοῦ Ὀσογῶι*, supra p. 389. Formam *Ὀσογώου* iam refellimus, vide p. 389 not. 1, p. 390 not. 3.

[2]) Aliam sententiam protulit Usener *Strena Helbigiana* (1900) 317: *„Aus zwei fertigen Gottesbegriffen hatte man eine Einheit gebildet, welche die Kraefte des Himmels und des Wassers zusammenfassen sollte (Dvandabildung)"*. Quam explanationem probare nequeo, quae intestina dei natura neglecta Graecum modo nomen respiciat.

[3]) Parietinae adhuc exstant, cf. LW Voy. arch. it. tab. 63/4 et BCH 5 (1881) 98 sqq.

et Sen. qu. n. III 26. 7) enarrant fluctus maris interdum in templo ut in Neptuni Mantinensis apparuisse; cf. Drexler l. c. 1226. Cares maritimo imperio quondam potentissimos etiam marinum numen veneratos esse quis miretur, praesertim cum cultus Neptuni nullum exstet vestigium exceptis titulo *Ποσειδῶνος Ἰσθμίου* LW 483 prope Mylasa invento et nummo M. Aurelii Mi. III 311 [1]) (Neptunus cum Aesculapio)? Ad Osogoa autem marinum deum praecipue spectant tridens et cancer, e quibus omnino illam nummorum figuram Osogoa nominandam esse apparet. [2]) Quidnam autem Iovis ei inerat? Aquila, etsi marina haberi potest (cf. Cohen *m. imp.* II² 132 n. 302), vel potius signum caelestis „Iovis" Osogoa potentiae est. Accedit, quod in nonnullis nummis caput dei radiis cinctum est. Radii etsi a Graeco Iove abhorrent, tamen complurium Asiae numinum sunt, quibus Graeci nomen *Ζεύς* dare solebant. Satis habeo commemorasse Iovem Panamarum. [3]) Quanta pietate Mylasenses Iovem Osogoa coluerint, iam inde elucet, quod eum summo ipsorum numini Labrayndo adiunxerunt. Quae res intellegitur cum e nummo Caracallae et Getae, qui ambos deos contra sese stantes exhibet, tum ex tot aeribus, in quibus duorum signa bipennis et tridens in unum confusa sunt. Iovem autem Osogoa indigenae Carum deo bipennifero propinquum fuisse (Th. Schreiber, *Verhandl. d. 42. Vers. deutscher Phil. u. Schulm. in Wien 1893*

---

[1]) Reliquae effigies, quas Mionnet ad Neptunum refert, exhibent Iovem Osogoa, vide p. 392.

[2]) In aliquot nummis Osogoa pro aquila delphinum ferre dicitur: Wadd. 2463, Mi. III 312. Sed imago nummi Wadd. tab. V 8 potius aquilam quam delphinum praebere videtur. Mionnet autem eum nummum descripsit (Lenormant *Nouv. galerie myth.* 53), in quo iam Theodorus Schreiber *Bemerk. z. aelt. Gauverf. Kariens*, 45 sq. recte cognovit aquilam. Editorum animi vel memoria Neptuni in errorem abducti sunt. Alii idem signum putarunt cancrum: Rollin-Feuardent *Cat. d'une coll. des rois et des villes* II 356 n. 5571 (L. Verus!). Sed litteras ... *ΟΥΗΡΟΣ* supplere malim *ΣΕΟΥΗΡΟΣ* et comparare nummum Wadd. l. c. et Mi. l. c. Omnes eandem videlicet dei effigiem praebent, qui dextra neque delphinum neque cancrum, sed ut in ceteris omnibus nummis aquilam tenet.

[3]) Cf. P. Gardner, Num. chron. 20 (1880) 49 sq. Postea quidem vox *Ζεύς* praesertim in Asia Minore vix differebat a voce „deus".

328 sq., Drexler l. c. 1230) nullo argumento demonstrari potest.

Cum Iovis bipenniferi veneratione omnes Cares coniungerentur, Iupiter Osogoa extra Mylasa non cultus est. Refellendae sunt omnes opinationes, quibus e sede sua alio delatus esse videatur: nummus Tabensis Mi. S. VI 509 non Iovem Osogoa exhibet (Philippus Le Bas ad. LW 361), sed Neptunum; vetustum deum Ceramensem, cui Iulius Friedlaender ZfN 2 (1875) 112 nomen Osogoa dat (cf. Theod. Schreiber l. c. et W. Drexler l. c., iam propinquum Labrayndi cognovimus, supra p. 366; inscriptionem Trallianam, cui Aug. Boeckh CIG 2923 b nomen Iovis Osogoa inseruit, iam Phil. Le Bas recte restituit LW 597. Quid tandem quod Guil. Ramsay *Cities* 155 in titulo *Διεὶ Γοσσοῦ*, quem protulit ex campis Hyrgaleticis prope vicum Turcicum Badinlar (cf. JHS 10 (1889) 224 n. 13), coniecit *Ὀγωσσοῦ* (?) vel *Ὀσογῶ*?

Iupiter *Ὀτωρκονδέων*:

Decreta tribus *Ὀτωρκονδέων*:

LW 403 = CIG 2693 c s. I a. Laudatur *Ἀντίοχος Θαργηλίου τοῦ Λέοντος*, v. 15 *ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψή[φισμα εἰς στήλην λιθίνην καὶ στῆ]σαι ἐν τῶι ἱ[ερῶι τοῦ Δ]ιὸς Ὀτωρκονδ[έω]ν.*

LW 413 s. I a. . . . *ἀναγράψαι τόδε [τὸ ψήφισμα ἐν τῷ] περιβό[λῳ Διὸς] Ὀτωρκονδέω[ν.*[1])

SB Wien 132 (1895) 3 n. 3 = BCH 22 (1898) 386 n. 34. Laudatur *Σωτηρίχας Παραίτιος*, v. 9 . . . *ἐ]κ πασῶν τῶν θυσιῶν, ὧν ἡ φυλὴ συντελεῖ [ἐν τῷ ἱερ]ῷ τοῦ Διὸς Ὀτωρκονδέων.*

Emptiones agrorum sacrorum primo saec. a. Chr. conscriptae (cf. p. 390):

---

[1]) Cf. LW 405 v. 15 *ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα ἐν τῷ περιβόλῳ τῷ [τῆς] φυλῆς Ὀτωρκονδέων.* In edicto vectigalium exigendorum AM 21 (1896) 119 sqq. = BCH 19 (1895) 559 n. 1 s. I a. legimus (v. 15) *ὑπαρχέτω ὁ φόρος τῶι θεῶι ἐμ προσόδῳ· . . . ἀναγραψάτωσαν δὲ οἱ ταμίαι ἐν τῶι ἱερῶι Ὀτωρκονδέων κτλ.*

BCH 5 (1881) 110 sqq. C *ψήφισμα* v. 15 . . . *Ὑπογραψάτωσαν δὲ ἐν τῶι τῆς μισθώσεως χρηματισμῶι τόδε τὸ ψήφισμα. Ἀναγραψάτωσαν δὲ ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Διὸς Ὀτωρκονδέων τόν τε τῆς ὠνῆς καὶ τῆς ἐμβάσεως καὶ τῆς μισθώσεως χρηματισμόν, κτλ.*

BCH 12 (1888) 23 n. 8 *ὠνή* (?) v. 7 *ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος καὶ ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος Μαυννῖται τῶι Διὶ τῶι Ὀτωρκονδέ[ων ἐκτηματώνηκαν κτλ.*

l. c. 27 n. 9 *ἔμβασις* (?) fiat (v. 14) *ἐναντίον μαρτύρων τῶν ὁμόρων ἀπὸ τῶν φυλετικῶν γεῶν Διὸς Ὀτωρκονδέων* (testes enumerantur), cf. v. 17.

SB Wien 132 (1895) 16 n. 10 eiusdem emptionis *μίσθωσις.* . . . *Δ[ι]ὸς Ὀτωρκονδέων αὐτοῦ Θρασέου κτλ.*

AM 15 (1890) 274 n. 21 B *μίσθωσις* v. 3 *ἀ]γορασθέντα τῶι Διὶ τῶι Ὀτωρκονδέων παρὰ Ἰάσονος τ[οῦ Διονυσίου κτλ.*

Voce *Ὀτωρκονδέων* nil significatur nisi deum illum patronum tribus Otorcondensium fuisse. Sed nomen proprium, quo caruisse videtur, facile cognoscitur. Neminem fallere potest in decretis tribus illius voces *ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀσογῶ* vel *γέας ἱερὰς Διὸς Ὀσογῶ* (p. 390 sq.) et *ἱερὸν τοῦ Διὸς Ὀτωρκονδέων* similesve promiscue adhibitas esse. Accedit autem titulus LW 415 *ἐνεβίβασεν Ἰατροκλῆς . . . τοὺς κτηματώνας . . . εἰς τὰς γέας . . . εἰς τὰς οὔσας ἱερὰς Διὸς Ὀσογῶ, ἃς καὶ ἐκτηματώνηκαν τῷ Διὶ Ὀτωρκονδέων*: „Iatrocles emptoribus agros tradit Iovi Osogoa sacros, quos iam emerunt Iovi Otorcondensium". Elucet hanc *ἔμβασιν* spectare ad *ὠνήν* iam perfectam. Idem igitur deus duplici modo significatus est: Iupiter *Ὀτωρκονδέων* est Iupiter *Ὀσογῶα.*[1]) Itaque in eius delubro honores et decreta Otorcondensium proponuntur eiusque in certaminibus praedicantur. Philippus Le Bas haud inepte opinatus est *Ταυροφόνια,* quibus in ludis *ἐκκλησία κυρία κατὰ τὰ πάτρια* haberetur (LW 404 s. I a.), celebrata esse Iovi Osogoa vel *Ζηνοποσειδῶνι,* cum rationis quae interesset Neptuno et

---

[1]) Cf. G. Cousin et C. Diehl BCH 12 (1888) 14.

tauro satis multa exstarent testimonia, cf. Hesych. s. v. *ταυρος*, Preller-Robert 570, Gruppe 1138 not. 1. Quo autem vinculo tribus cum Iove Osogoa connexa sit, non iam liquet. Si ille antiquitus nil nisi deus tribus fuisset, fore fuisse puto, ut etiam ex ea nominaretur. Cui rei oppugnant inscriptiones, quae inferiore demum aetate vocem *Ὀτωρκονδέων* praebent. Unde concludam delubrum Iovis Osogoa in Otorcondensium finibus fuisse et hos eam ob rem paulatim illum patronum suum existimavisse. Quanto autem auctoritas dei augebatur, tanto libentius tribules in eius fidem ac tutelam se permittebant et Iovem *Ὀσογῶα* nominabant Iovem *Ὀτωρκονδέων*.

Iupiter *Ὑαρβεσυτῶν*:

AM 15 (1890) 269 n. 20 s. I a. . . . *ἔδοξεν τῇ Ὑαρβεσυτῶν φυλῇ γνώμην ἀποφηναμένου τοῦ δεῖνος . . . ἱερέως Διὸς Στρατείου καὶ Ἥρας . . ., δεδόχθαι ὅσοι ἂν τῶν φυλετῶν τιμηθῶσιν ὑπὸ τῆς φυλῆς μετὰ στεφανηφόρον Ἀντίπατρον ἀνατιθέναι ἕκαστον τῶι Διὶ τῶι Ὑαρβεσυτῶν ποτήριον ἀργυροῦν ἢ φιάλην κτλ*, cf. v. 6; v. 10 *καὶ μηθενὶ ἐξέστω καταλῦσαι τόδε τὸ ψήφισμα, εἰ δὲ μή, ὁ καταλύσας ἀποτεισάτω δίκην εἰς τὸν [ναὸν τοῦ Διὸς] Ὑαρβεσυτῶν δραχμὰς τρισχιλίας.*

Iupiter *Ὑαρβεσυτῶν* similis est Iovi *Ὀτωρκονδέων*. Praeest tribui *Ὑαρβεσυτῶν*.[1]) Ea autem ex re, quod rogatio honorum huic deo dandorum a sacerdote Iovis *Στρατείου* i. e. Iovis Labrayndi lata est, W. Judeich AM l. c. 271 coniecit deum *Ὑαρβεσυτῶν* re vera fuisse Labrayndum.

Iupiter Caricus:

Herod. I 171 *ἀποδεικνῦσι δὲ ἐν Μυλάσοισι Διὸς Καρίου ἱρὸν ἀρχαῖον, τοῦ Μυσοῖσι μὲν καὶ Λυδοῖσι μέτεστι ὡς κασιγνήτοισι ἐοῦσι τοῖσι Καρσί· τὸν γὰρ Λυδὸν καὶ τὸν*

---

[1]) Haec est altera trium Mylasensium tribuum (LW 377/9 Maussolli titulus . . . *ἔδοξε Μυλασεῦσιν ἐκκλησίης κυρίης γενομένης καὶ ἐπεκύρωσαν αἱ τρεῖς φυλαί*), cf. W. Judeich AM 15. 270. Eiusdem tribus nomen legitur in titulo LW 406 v. 11, ubi supplendum habeo *καὶ τῆς Ὑαρβε[συτῶν φυλῆς* . . .

Μυσὸν λέγουσι εἶναι Καρὸς ἀδελφεούς. τούτοισι μὲν δὴ μέτεστι, ὅσοι δὲ ἐόντες ἄλλου ἔθνεος ὁμόγλωσσοι τοῖσι Καρσὶ ἐγένοντο, τούτοισι δὲ οὐ μέτα.

Strabo XIV 659 *ἔχουσι δ'οἱ Μυλασεῖς ἱερὰ δύο τοῦ Διός, τοῦ τε Ὀσογῶ καλουμένου, καὶ Λαβρανδηνοῦ· . . . ταῦτα μὲν οὖν ἴδια τῆς πόλεως, τρίτον δ'ἐστὶν ἱερὸν τοῦ Καρίου Διὸς κοινὸν ἁπάντων Καρῶν, οὗ μέτεστι καὶ Λυδοῖς καὶ Μυσοῖς ὡς ἀδελφοῖς.*

Steph. s. v. *Καρία· τὸ ἐθνικὸν Κάρ, . . . λέγεται καὶ Κάριος· οὕτως γὰρ ὁ Ζεὺς παρὰ Μυλασεῦσι τιμᾶται.*

Ael. nat. an. XII 30 vide supra p. 348 sq., 356 sq.

Titulus:

LW 415 *ἔμβασις* s. I a. v. 12 *ἐνεβίβασεν δὲ αὐτοὺς ἐναντίον μαρτύρων . . . Εὐπολέμου τοῦ Θεομνήστου ἱερέως Διὸς Καρίου.*

Tituli Iovis Carici Stratoniceae vel Panamaris inventi infra tractabuntur; de Herodoti nuntio V 66 vide supra p. 360.

De Iove Carico viri docti magnopere dissentiunt, alii eum Iovem Labrayndum alii Chrysaoreum existimaverunt. At repugnant certa testimonia partim Herodoti et Strabonis partim inscriptionis, qua Iupiter *Κάριος* praeter Iovem *Στράτιον* commemoratur.[1] Atque Herodotus illum non solum a Caribus sed etiam a Lydis Mysisque ut eiusdem gentis cultum esse tradit. Qui nuntius testimoniis haud ita stabiliri potest. Nam etsi Lydiam fabulam Carii, Iovis ac Torrhebiae filii,[2] fortasse ad Iovem Caricum referre licet, venerationis illius apud Mysos nullum exstat vestigium. Qua cum re concinunt, quae viri docti nostrae aetatis de gentium illarum cognatione exploraverunt.[3] Nam cum Lydi ita ut Cares quasi indigenae Asiae Minoris stirpi

---

[1]) De confusione autem Iovis Chrysaorei et Carici infra agetur.

[2]) Steph. *Τόρρηβος, πόλις Λυδίας, ἀπὸ Τορρήβου τοῦ Ἄτυος . . . ,ἐν δὲ τῇ Τορρηβίδι ἐστὶν ὄρος Κάριος καλεόμενον καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Καρίου ἐκεῖ. Κάριος δὲ Διὸς παῖς καὶ Τορρηβίας', ὡς Νικόλαος τετάρτῳ.*

[3]) Cf. Georgius Meyer BB 10 (1886) 201, Kretschmer, *Einl.* 391 sq., Ed. Meyer I 2^2 616.

attribuendi videantur,[1]) Mysi Thracibus Phrygibusque i. e. Ariis cognati postea demum ex Europa Hellespontum transgressi, illis sese adiunxerunt.[2]) Atque cum Mysi Lydis usque eo se immiscerent, ut *Λυδῶν ἄποικοι* (Herod. VII 74) eorumque lingua *μιξολύδιός πως καὶ μιξοφρύγιος διάλεκτος* nominaretur (Strab. XII 572), nil mirum est eos etiam cultus, quo Lydi cum Caribus coniungerentur, participes factos esse. Praecipue autem deus ille erat Carum; eorum in finibus sedem habebat, ex iis erat denominatus.[3])

Alia numina videlicet Carica:

I. Nummi:

Deus barbatus, brevi vestimento tantum lumbos et inferius corpus tegente, adversus stat cum hasta et clipeo iuxta basin, cui insidet aquila. Pedibus adiacet cancer:

IB Mzkde 4 tab. I 2 = Fox *Engravings* II (1862) 18 n. 106 (Ant. P.).

Persimile est clipeum argenteum:

Pinder, Acta ac. Berol. 1855. 590 n. 51, cf. p. 627 (VII 4) = Cohen *m. imp.* II² 127 n. 274 (Hadr.).

Effigies a Graeci Iovis aliena est. Armis monemur imprimis Iovis *Ἀρείου* Hydisensis, cancro autem nec non aquila (?) Iovis Osogoa. Videtur dei natura ex complurium numinum mixta. Certum nomen ei attribui non iam potest.

---

[1]) De Lydorum gente adhuc incerta vide Kretschmer *Einl.* 384 sqq.

[2]) *Hier tritt uns also eine ursprüngliche Einheit entgegen, die im Norden durch das Eindringen der thrakischen Myser eine indogermanische Beimischung erhalten hat.* Ed. Meyer l. c.

[3]) Eo magis mireris, quod etiam e Caria tam pauca illius cultus vestigia suppetunt. Neque ex iis quicquam Iovis Carici proprium erui potest. Forsitan hic cultus mero rei publicae consilio conditus vix unquam magna diligentia fotus sit. A quaestione nostra videlicet separandus est Iupiter Carius Photii s. v. *Κάριος Ζεύς,* qui potius adiungendus est Iovi *Καραιῷ,* cf. IG VII 3208 et Hesych. *Καραιός· Ζεὺς παρὰ Βοιωτοῖς οὕτω προσαγορεύεται· ὡς μέν τινές φασι διὰ τὸ ὑψηλὸς εἶναι, ἀπὸ τοῦ κάρα.* (Cf. Cratinus apud Plut. Per. 3 et Kock CAF I 49 fr. 111, cuius quidem coniecturam probare non possum). Preller-Robert 116 not. 11.

II. Nummi:

Deus adverso corpore ad s. spectat pallio ex s. pectore demisso, s. sceptrum tenet, d. pateram cervo pedibus suis adstanti praebet:

BMC 33 (XXII 4) = RN IV 6 (1902) 80 n. 68 (Carac.).

Cervus, qui solus compluribus Mylasensium nummis impressus est (BMC 27, Wadd. 2429, voy. 3 (Hadr.), Mi. III 315 (Sept.)), adstat etiam Iovi bipennifero Euromensi, cf. supra p. 361 et 363. Tamen hic deus Mylasensis ab illo satis differre mihi videtur.

Iupiter *Κρηταγένης*:

LW 394 s. I a. Laudatur a Mylasensibus (v. 8) *Μοσχίων Ἀριστείδου, ἱερεὺς Διὸς Κρηταγένους καὶ Κουρήτων.*

LW 406 s. I a. *Ἐπὶ στεφανηφόρου τοῦ δεῖνος* . . ., *ἱερέως Διὸς Κρητα]γένους καὶ Κουρήτων, κτλ.*

LW 338 titulus Olymensis s. I a. Polites quidam bona sua vendit *τοῖς κτηματώναις* . . . (v. 8) *Ἑρμίᾳ Ἀντιπάτρου τοῦ Ἑρμίου ἱερεῖ Διὸς Κρηταγένους καὶ Κουρήτω[ν Παρεμβωρδεῖ.*

Praeter nonnullos nummos Creticos, quos omnes fere enumeravit O. Hoefer apud Roscherum s. v., et praeter nummum Aegii oppidi Achaiae,[1]) qui Iovem nudum fulminantem *Κρηταῖον* praebet, huius cultus testimonia exstant nulla ni tituli Mylasenses. Unde concludas Carum et Cretensium cultus aliquo modo connexos fuisse. Quae opinio iis decretis stabilitur, quibus Cretenses asylum templorum Mylasensium probant aut iudices legatosque eorum laudant; cf. BCH 12 (1888) 9 sqq., 14 (1890) 619 n. 17, LW 380—384. Quin etiam *συγγενεῖς* utrique sese nominabant (LW 380. 384. BCH 12 l. c.). Quid mirum quod Mylasenses etiam praestantissimum Iovis Cretici cultum susceperunt, cuius ceterum testimonia eidem fere aetati tribuenda sunt atque decreta urbium?

---

[1]) Nomini huius urbis compares *Αἴγαιον ὄρος* Creticum, Hes. theog. 484, schol. Il. B 157, Preller-Rob. 133 not. 1, *Ἐφ. ἀρχ.* 1893. 8.

Iupiter Olympius:

LW 363. Ara rotunda palmis ornata aet. imp. consecrata ... *Σεβαστῷ* ... [*καὶ*] *Διὶ Ὀλυνπίῳ καθιέρωσαν τὸν βωμὸν οἱ ἐκ π*[*αλαίστρας* ... *ἰ*]*σοπαλτεῖται* (?).

LW 364. *Διὶ Ὀλυνπίῳ καθιέρω*[*σεν.*

Homines privati, qui Olympia vicerunt, memoriam victoriae gratiamque deo reddunt; cf. Iasus p. 402.

Iupiter Nemeus:

AM 15 (1890) 261 n. 15 s. I a. v. 2. *Φανόδ*(?)]*ικος Εἰρηναίου ἱερέως Διὸς Νεμείου Ταρκονδαρεύς.*

Sine dubio coloni Argivi hunc deum ex patria Mylasa transtulerunt.

Iupiter Liberator:

BCH 5 (1881) 108 sq. A = LW 393 s. I a. v. 5. *Εὐθύδημος Θεοξένου ἱερεὺς Διὸς Ἐλευθ*[*ερίου*; idem nominatur BCH 22 (1898) 400 sqq. n. 48 = AM 14 (1889) 374 sq. n. 3 v. 5 et BCH l. c. 394 sq. n. 42 = AM l. c. 378 sq. n. 5 v. 4.

Iovem Liberatorem, cuius clarissimae sedes Persis superatis Athenae et Plataeae nec non Thessalia erant (cf. Preller-Robert 151 not. 3, IG IX 2 passim), etiam apud Cares insigni pietate cultum esse scriptoris testimonio confirmaretur, nisi Cariae nomen coniectura tantum glossae Hesychii insertum esset s. v. *Ἐλευθέριος Ζεύς* (= schol. Paus. I 3. 2 (F. Spiro, Herm. 29. 147) = schol. Plat. Eryx. 392 A) ... *τῶν Μηδῶν ἐκφυγόντες ἱδρύσαντο τὸν Ἐλευθέριον Δία. τοῦτον δὲ ἔνιοι καὶ Σωτῆρά φασι. τιμᾶται δὲ καὶ ἐν Συρακούσαις καὶ παρὰ Ταραντίνοις καὶ ἐν Πλαταιαῖς καὶ ἐν Καρίᾳ ὁ Ἐλευθέριος Ζεύς.* Sed apud Hesychium legitur *ἐν Καρίαις,* quam vocem commutare valde dubito (cf. Reitzenstein, Herm. 29. 234); potius locus ignotus quidem Graeciae significari videtur.

Iupiter Summus:

LW 444. In fragmento decreti s. I p. de mysteriis facti commemoratur *ἱερεὺς* (?) — — —] *καὶ Διὸς Ὑπάτου.*

BCH 5 (1881) 109 B = LW 416 = CIG 2693 e s. I a. ... *ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀριστέου τοῦ Μέλανος τοῦ Ἀπολλωνίου ἱερέως Διὸς Ὑψίστου καὶ Τύχης Ἀγαθῆς.*

Quem titulum Preller-Robert 540 adn. 2 per errorem habent testimonium Iovis *Ἐλευθερίου* et *Τύχης Ἀγαθῆς*. Mysteria, de quibus agitur etiam titulo LW 418, sine dubio ad Bacchi cultum [1]) spectant. Iupiter *Ὕψιστος*, quem studiosissime venerabantur Stratonicenses, infra tractabitur.

Incerta et fragmenta:

LW 346 s. I a. Nescio quis dedicet *τὴν εἰκόνα τοῦ πατρὸς ... τοῦ Ἰατροκλείους ... Διί.*

LW 344 ... *φιλοστοργίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑαυτὴν Διί.*

BCH 12 (1888) 9. Fragmentum decreti urbis Creticae apud Mylasenses proponendi in templo *τ]ῶ Διός.*

BCH 5 (1881) 105 n. 7. Fragmentum sacri edicti finitur verbis: *ἡρέθη ἱερεὺς Διό[ς* (?).

Nescio an titulus LW 346, qui Iatroclem sacerdotem Iovis Osogoa (cf. LW 345) commemorat, ad hunc deum spectet. De altera consecratione LW 344 vide supra p. 350. Quod ad fragmentum BCH 5 l. c. attinet, dubites utrum suppleas *Διό[ς* an *Διο[νύσου.*

Iupiter Sarapis:

LW 407 = CIG 2693 d. Decreto tribus Otorcondensium honoribus afficitur Amyntas quidam ... *ἱερεὺς Ἴσιδος καὶ Σαρ]άπιδος.*

LW 395. In fragmento decreti s. I a. legitur v. 17 *Σ]αράπιδι καὶ Ἴσιδι τράπεζ[αν* ... et v. 20 *Σαράπιδος καὶ Ἴσιδος.*

Praesertim e Ptolemaeorum aetate cultus deorum Aegyptiorum per totum Graecum et Romanum orbem dilatus est. E sacerdotio et e sacra mensa iis videlicet dedicata intellegitur etiam Mylasenses

---

[1]) AM 15 (1890) 261 n. 15 v. 7, BCH 5 (1881) 106 n. 8, LW 398 v. 28. Caput barbatum et taenia ornatum Mi. S. VI 359 (rev. nomen magistratus in corona) Iovis est non Bacchi.

illam religionem ad sese recepisse; *νεωκόρος Ἴσιδος* commemoratur in titulo BCH 14 (1890) 616 n. 15. Nummos Sarapidis Mylasenses non excuderunt (vide supra p. 352); et Mi. III 302 et 304 Iovem Labrayndum praebent, similes nummis BMC 19 et 20.

Casossus.

Rudera duas fere horas a Mylasis ad meridiem migranti absunt (cf. SB Wien 132 (1895) 22 et FOA VIII 7) ad vicum Turcicum Ulash.

Iupiter *Κασωσσέων*:

SB l. c. 22 n. 1 ... *Κασωσ]σεῖς πάντες τῶι ἱερῶι τοῦ Διὸς Κασωσσέων ... περὶ δὲ τῆς φυλακῆς ἐβουλεύσαντο τὸν ἀτακτήσαντα ἀποτεῖσαι κτλ., οἱ δὲ ἐξαιρεθησόμενοι ἐπὶ τούτων πράξαντες ἀνοίσουσι τῶι θεῶι ἐμ προσόδωι.*

l. c. 24 n. 4 v. 6 *ἱε]ροῦ ἄλσους Δι[ός.*

Casossenses templo Iovis sui custodiendo decretum constituerunt. De hoc deo alias nil constat; cf. Nilsson 33.

Iasus.

De Iove bipennifero vide p. 365.

Iupiter Olympius:

BCH 18 (1894) 22 n. 15 = LW 301 a. 89 p. *Τίτος Φλάβιος Δημητρίου Κουιρίνᾳ Μητρόβιος νικήσας ... τὰ ἐν Ῥώμῃ Καπετώλεια πρῶτος ἀνθρώπων Διὶ Ὀλυμπίῳ.*

Compares quae supra p. 400 ad Mylasenses titulos adnotavimus.

Iupiter Maximus:

BMI III 440 s. V a. Lex sacrorum: *Κατὰ τάδε ἱεράσθω ὁ ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ Μεγίστου.*

Ditt. Syll.² 99 = BCH 5 (1881) 493 sqq. ca. a. 350 a. Bona Iasensium in Maussollum coniuratorum publicantur. Ventioni praesunt et alii et (v. 14) *ἱερεῖς Διὸς Μεγίστου.* Nominantur undecim sacerdotes.

AM 14 (1889) 108 n. 61. *Οὖροι τεμένους Διὸς Μεγίστου.*

Testimonia Iovis *Μεγίστου* in Graecia ipsa perraro et inferioris tantum aetatis inveniuntur, cum ex Asia Minore plurima et vetustiora apparuerint. Guil. Drexler (*Roscher* II 2549) in Asia illa voce interdum barbara numina significari opinatus est. Nescio an illuc spectet etiam consociatio Iovis *Μεγίστου* ac Labrayndi titulo Aphrodisiensi confirmata (supra p. 358). Iasensem autem deum ab Argivis colonis (Polyb. XVI 12) introductum esse veri est similius. Quod ad undecim sacerdotum numerum attinet, fortasse unus princeps collegii cum decem collegis erat (cf. Hicks BMI l. c. p. 55; Dittenberger l. c.).

Iupiter Summus:

BCH 8 (1884) 456 n. 4. Titulus aet. imp. *Διὸς Ὑψίστου*.

BCH l. c. n. 3 *Διός*.

Titulus n. 4 non lapidi terminali templi insculptus est (Haussoullier l. c.), sed parvae arae (Hirschfeld BMI IV 1 24). Altera inscriptio, ibidem fere inventa, vel ad eundem deum refert (cf. JHS 8 (1887) 115). De Iove Summo infra agetur una cum Stratonicensi; ceterum etiam Mileti, in urbe finitima, similis ara eiusdem numinis effossa est, AM 18 (1893) 267 n. 1.

Incerta:

CIG 2671 a. fere 300 a. Iasenses respondent decreto Calymniorum; amborum oppidorum decreta inscribenda sunt (v. 26) *ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Διὸς ἢ τῆς Ἀρτέμιδος*.

BCH 13 (1889) 23 sqq. n. 1 a. 202/1 a. Olympichus quidam (cf. Polyb. V 90) civitate donatur. Decretum incidatur (v. 10) *ἐν τῶι ἱερῶι τ]οῦ Διὸς καὶ τ . . . . ΡΟΣΔ . . .*

Cum litterae post lacunam certae sint, *Ἀρτέμιδος* supplere non licet. Numero litterarum deletarum probetur *τ[ῆς Δήμητ]ρος*, cuius quidem istic cultae aliud testimonium non suppetit. Fortasse verba laesa iam clausulae tribuenda sunt.

Iupiter Sarapis:

Nummi:

Sarapis sedens ad s.: BMC 16, Mi. III 293 (Carac.).

Caput Sarapidis: B Löbb. 06 (rev. Isis), Mi. III 287 (rev. ornamentum Isidis).

Bargylia.

Iupiter Cymorius:

BCH 13 (1889) 39 n. 6. Laudatur ἡ δεῖνα τοῦ δεῖνος ἱερέως *Διὸς Κυμωρίου*.

Iupiter Polemarius:

Titulo allato Bargylienses laudant eandem, uxorem *Ἰσχύρου τοῦ Λέοντος ἱερέως Διὸς Πολεμαρίου*.

Cognomine nimirum Graecae vocis *πόλεμος* admonemur nec non aliorum Iovis Carici cognominum ut *Στρατίου* et *Ἀρείου*. Ut simile habeamus nomen Bargyliense, dubito an adducamur etiam effigie nummi Mi. III 194 (Lucilla), qui praebet virum armatum. Tamen praeterquam quod figuram Iovem nominandam esse haudquaquam constat, etiam tali vocis *Πολεμαρίου* versioni difficultates obstant. Qua de causa probabilior est sententia Ottonis Hoefer, *Roscher* III 2607, qui singulare cognomen ex loco quodam Carico **Πολέμαρα* prope Bargyliam sito derivandum habet. Cuius loci nomini non solum *Πανάμαρα Πίναρα* respondent, sed in tota Asia Minore permulta locorum nomina in eundem finem exeunt (cf. G. Meyer BB 10 (1886) 183).

Telmessus.

Parietinae in regione Halicarnassensi septentrionali exstant prope vicum Turcicum Pelén, cf. E. L. Hicks JHS 14 (1894) 373 sqq., R. Kiepert FOA VIII 7.

Iupiter Patrius:

Ditt. Syll.[2] 641 = JHS 16 (1896) 234 n. 36 = BMI IV 1. 846 s. III a. Apollo Telmessius oraculum dat: v. 5 *ἔσεσθαι λώϊον καὶ ἄμεινον αὐτοῖς ἱλασκομένοις καὶ τιμῶσιν, καθάπερ καὶ οἱ πρόγονοι, Δία πατρῷον καὶ Ἀπόλλωνα Τελεμεσσοῦ μεδέοντα καὶ Μοίρας καὶ Θεῶν Μητέρα*.

Iupiter Patrius etiam Halicarnassi cultu floruit. Quae urbs significari videtur verbo *πόλιν* (v. 7); Telmessii enim erant *κοινόν* (JHS 14 (1894) 379), non *πόλις*, quoniam nummos non excuderunt (cf. Head BMC Caria p. LXXVII, ZfN 1 (1874) 151 not. 2). Deus autem *τοῦ κοινοῦ Τελμισσέων* erat Apollo *Τελεμεσσοῦ μεδέων*. Unde conieceris Iovem Patrium post Maussolli demum

συνοικισμόν, quo Telmessus et alia quinque oppida Halicarnasso contribuerentur (Plin. n. h. V 107), ex illa urbe ut foederis capite Telmessum susceptum ibi principatum sibi conciliasse.

Myndus.

De Iove bipennifero vide p. 365 et 382 not. 1. De Iove Acraeo vide infra (Halicarnassus).

Nummi saec. II vel I a. Chr. excusi:

Caput Iovis laur.:

Æ BMC 17 (XXII 10), Hunter 426. 1, Wadd. 2475/6, Mi. III 334, Num. chron. l. c. n. 13 (rev. aquila fulmini insistens).

BMC 18—20 (XXII 11). 21—23, Hunter 426. 2, Wadd. voy. 3, Mi. III 335, S. VI 383, ZfN 1876. 327 n. 16 (rev. fulmen alatum).

Signa Iovis:

Fulmen: *AR* BMC 9. 10 (XXII 8). 11. 12, Wadd. 2470/1, Num. chron. l. c. 280. 7/11 (obv. caput Bacchi).

Aquila: *Æ* BMC 33, Wadd. 2479 (obv. pyramis), cf. 2478.

Caput Sarapidis laur.:

AR BMC 1—3 (XXII 6). 4—6 (XXII 7). 7. 8, IB Kl. M. 147. 1. 2, Wadd. 2465—69, Mi. III 327/8, S. VI 379—82, ZfN 3 (1876) 326. 2, Num. chron. 1890. 280 n. 1—6 (rev. ornamentum Isidis cum variis signis ut stella fulmine uva).

Halicarnassus.

De Iove Labrayndo vide p. 359.

Iupiter Comyrus:

Lycophro Al. 459 . . . *καταίθων θύσθλα Κωμύρῳ λέων;* schol. Tzetzis in l. c. *Κωμύρῳ τῷ Διί· Κώμυρος γὰρ ὁ Ζεὺς ἐν Ἁλικαρνάσῳ τιμᾶται.*

De hoc Iove barbaro alias ignoto infra disseremus p. 424.

Iupiter *Ἀκραῖος*:

LW 501 *Διονύσιος Διὶ Ἀκραίωι εὐχήν.*

The Cassical Review 21 (1907) 47. Titulus Myndius s. I a. vel p. Chr. *Ποσίδεος . . . καὶ ἡ γυνὴ . . . καὶ οἱ υἱοὶ Ἁλικαρνασσεῖς Διὶ Ἀκραίῳ.*

Non dubium est, quin familia Posidei hunc titulum deo patriae, Iovi Halicarnassensi, consecraverit. Tractatio separari non potest a Iovis Ascraei.

Iupiter *Ἀσκραῖος*:

Apollon. hist. mir. 13 Paradoxogr. ed. Westerm. 107: *Ἐν τῷ κατὰ τόπους μυθικῷ· ἐν Ἁλικαρνασσῷ θυσίας τινὸς τῷ Διὶ τῷ Ἀσκραίῳ συντελουμένης ἀγέλην αἰγῶν ἄγεσθαι πρὸ τοῦ ἱεροῦ καὶ ἵστασθαι· τῶν δὲ κατευχῶν συντελεσθεισῶν προβαίνειν μίαν αἶγα ὑπὸ μηδενὸς ἀγομένην καὶ προσέρχεσθαι τῷ βωμῷ, τὸν δὲ ἱερέα λαβόμενον αὐτῆς καλλιερεῖν.*

Nummi:

Deus barbatus amplo vestimento quasi femineo indutus bracchiis demissis et capite radiis cincto stat inter duas arbores, quarum utrique insidet avis deum adspiciens:

Wadd. 2377, Mi. S. VI 300 (Agripp. min.), BMC 83 (XIX 2 Trai.). 85, Wadd. 2381 (Ant.), 2384 (Comm.), BMC 88, Mi. III 264/5 (Sept.), Mi. S. VI 310. 315 (Car.), Mi. III 270, S. VI 325 (Gord. III).

Ὁμόνοια- nummi ab Halicarnassensibus una cum Cois excusi:

Deus eiusdem modi expressus, nisi quod arbores desunt, stat contra Iunonem Samiam curru pavonum vectam:

BMC 90 (XLIV 3),[1]) Wadd. 2387, Mi. S. VI 309 (Sept. et Iulia); Iupiter inter arbores stat: Mi. S. VI 312/3, Arch. Ztg. 11 (1853) 117 not. 12 (Car. et Geta).

Obstare sibi videntur testimonia inscriptionum et auctoris, cum hic Iovem *Ἀσκραῖον* illae Iovem *Ἀκραῖον* nominent. Plurimi viri docti vocem Apollonii ut unicam et obscuram commutare nil dubitaverunt (Keil, Phil. 9 (1854) 454, Wilamowitz, Herm. 40 (1905) 164. 1), praesertim cum *Ἀκραῖος* usitatissimum deorum dearumque cognomen sit. Neque vero vox *Ἀσκραῖος* tam obscura est. Primus M. Haupt, opusc. III 554 sq. admonuit Plutarchi Mor. p. 501 f (III 301 ed. Bern.) Animine an corp. 4 *οὐ*

---

[1]) Quem nummum, in quo quidem nomen urbis evanuit, Barclaeus Head perperam foederi cum Samiis inito attribuit.

θύσοντες οὗτοι (scil. *οἱ Σαρδιανοί*[1]) *συνεληλύθασι πατρίοις θεοῖς, . . . οὐκ Ἀσκραίῳ Διὶ Λυδίων καρπῶν ἀπαρχὰς φέροντες κτλ.* Barbara vox etiam aliis causis stabiliri videtur. Halicarnassenses Trozene, in patria sua templum exstruxerunt Veneris *Ἀσκραίας* teste Pausania II 32. 6.[2]) Hesychius autem notat s. v. *ἄσκρα· δρῦς ἄκαρπος.*[3]) Unde barbarum Iovis cognomen respondet Graecis *φηγωναῖος* vel *δρύμνιος.*[4]) Plurimum autem ad hanc quaestionem imago nummorum valet. Iam dudum illi figurae modo Iovis *Φηγωναίου* modo Iovis Dodonaei nomen datum est (e. g. Fr. Streber, Acta acad. Monac. phil. hist. Cl. 1 (1835) 226 sqq.). Respicias et sacram quercum, cuius e strepitu Dodonae oracula accipiebantur, et coronam querceam, qua caput Iovis Dodonaei in nummis Epiroticis ornatum est (e. g. P. Gardner *The types of Greek coins* (1882) tab. V 37/39 et p. 149. 182); insuper aves, quae in nummis Halicarnassensibus conspiciuntur, cum Dodonaeis columbis comparari possunt (Her. II 55, Philostr. mai. imagg. II 33. 1, cf. O. Kern PW V 1261). Tamen deo Halicarnassensi nomen Dodonaei dare non licet. Connexus cultuum Carici et Epirotici nulla exstant vestigia. Dodonaei autem nummi figuram Iovis omnino non exhibent. Insuper radii caput Halicarnassensis dei cingentes a Dodonaeo abhorrent. Contra Caricae religioni et usui omnia respondent.

Arbores nec non quercus multis locis variis populis sacrae fuerunt (cf. P. Wagler, *Berl. Stud.* 13 (1891) II 1 sqq., O. Kern PW III 162, Cook, The Class. Rev. 17 (1903) 415 sqq.). Etiam in Caria eiusve regione arbores ut deos cultas esse docent et Hesychius s. v. *Ἔνδενδρος· παρὰ Ῥοδίοις Ζεύς* et Tzetzes, qui ad Lycophr. 536 adnotat *ὁ Δρύμνιος δαίμων] ὁ Ζεύς. Δρύμνιος δὲ παρὰ Παμφυλίοις* (cf. G. Wentzel **Ἐπικλήσεις** V 29).

---

[1]) Cf. Wilamowitz l. c. 163.

[2]) Lectionem *Ἀκραίας* refellere non dubito, quia altera cum difficilior est tum melioribus codicibus praebetur. Ni ita esset, quonam modo barbara vox contextui se insinuavisset? Qui dissentit, explicet si placet, cur codices tantummodo Halicarnassensem Venerem *Ἀσκραίαν* nominent neque Cnidiam (Paus. I 1. 3) neque alias.

[3]) Gruppe 75 c. not. 17 et 259. 12 Iovem ex Hesiodi patria nominatum habet, quae opinio testimoniis omnino caret.

[4]) De his vocibus a Graecis promiscue adhibitis egit P. Kretschmer *Einl.* 65. 1; ad Iovem *Βαγαῖον* cf. Ed. Meyer I 2² 639.

Quodsi Halicarnassenses aliquando quercui divinos honores attribuerant, quo modo postea, cum deos ad hominum imaginem effingebant, vetustum illud arboris numen aptius significare potuerunt quam quercibus statuae appositis? Corona autem radiorum etiam alii dei Carici ornati sunt, cf. p. 393. Figuram nummorum re vera Iovem *Ἀσκραῖον* esse ab Apollonio commemoratum etiam aliunde intellegi potest. Eandem fere fabellam, quam Apollonius nobis narrat, apud Aristotelem legimus, de mirab. ausc. 137: *Ἐν τῇ Πηδασίᾳ τῆς Καρίας θυσία τῷ Διὶ συντελεῖται, ἐν ᾗ πέμπουσιν αἶγά τινα, περὶ ἣν θαυμαστόν τί φασι γίγνεσθαι. βαδίζουσα γὰρ ἐκ Πηδάσων σταδίους ἑβδομήκοντα δι' ὄχλου πολλοῦ τοῦ θεωροῦντος οὔτε διαταράττεται κατὰ τὴν πορείαν οὔτ' ἐκτρέπεται τῆς ὁδοῦ, δεδεμένη δὲ σχοινίῳ προπορεύεται τοῦ τὴν ἱερωσύνην ἔχοντος. θαυμαστὸν δ' ἐστὶ καὶ τὸ δύο κόρακας εἶναι διὰ τέλους περὶ τὸ τοῦ Διὸς ἱερόν, ἄλλον δὲ μηδένα προσιέναι πρὸς τὸν τόπον, καὶ τὸν ἕτερον αὐτῶν ἔχειν τὸ πρόσθεν τοῦ τραχήλου λευκόν.* Nil dubito, quin pompa illa Pedasis in urbem Halicarnassum ducta sit. Pedasa enim *ἐν τῇ μεσογαίᾳ τῶν Ἁλικαρνασσέων* sita erat (Strabo XIII 611) et a Maussollo una cum quinque aliis oppidulis Halicarnasso urbi attributa est (Plin. V 107). Re vera Pedasa haud ita procul ab Halicarnasso afuisse effodiendo comprobatum est (cf. Paton-Myres JHS 16 (1896) 192 sqq. et R. Kiepert FOA VIII 7). Atque quid veri est similius quam duos illos corvos ab Aristotele commemoratos in effigie nummorum conspici? Ergo deus scriptorum est deus nummorum et recto nomine appellandus est *Ἀσκραῖος* i. e. deus quercus. Nomen autem *Ἀκραῖος* a Graecis demum ex barbara illa voce depravatum est, haud aliter ac Pausaniae lectio *Ἀκραίας* ex *Ἀσκραίας*.

Iupiter Pluteus:

SGDI 5732 = CIG 2655 b s. II a. Parva ara: *Διὸς Πλουτῆος.*

Vox *Πλουτεύς*, quae in titulis post Alexandri demum aetatem incisis et iis praecipue metricis legitur (cf. Hoefer, *Roscher* s. v.), idem sibi vult atque vox *Πλοῦτος* et longior *Πλουτοδότης* (E. Maass, Herm. 23 (1888) 617, Usener *Göttern.*

16 sq.). Idem est Iupiter *Πλούσιος* (Paus. III 19. 7), *Κτήσιος*, *Ὄλβιος* similes. Antiquitus etiam *Πλούτων* cognomen Iovis e terra copias ac divitias donantis fuisse videtur (Preller-Robert 801 not. 4). Sed cum Pluto rex defunctorum fieret, illa donandi vis summo caeli deo reservata est.[1]) Cf. p. 410.

Iupiter Patrius:

Benndorf-Niemann *Reisen* 11 n. 2 s. IV. a. *Διὶ Πατρώιωι Ἀθηναγόρης Παρυσσώλδου Ἀκαρμομέλδων Παραυσσώλδου*.

De Iove Patrio cf. p. 404.

Incertum:

BCH 18 (1894) 25 n. 22. In fragmentis titulorum, qui nomen ferunt ex verbo *νίκη*,[2]) legitur *ΔΙΟΣΤΟ* . . .

Videtur cognomen Iovis evanuisse *Διὸς το[ῦ* . . .

Iupiter Sarapis:

Ditt. OGI 16 = Rh. M. 52 (1897) 49 = BCH 4 (1880) 400 n. 10. *Ἀγαθῆι Τύχηι (τ)[ῆι] Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος καὶ θεοῦ, Σαράπι, Ἴσι Ἀρσινόη τὸ ἱερὸν ἱδρύσατο Χαιρήμονος ν(εωποιοῦντος)*.

Sacellum a. 308—306 a. aedificatum est, cf. Dittenb. l. c.

BMI IV 1. 908. Titulus haud multo recentior: *Ποσείδιππος καὶ Ἀλκυὼ ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τῶν παιδίω[ν] Σαράπι Ἴσι.*

SB Wien 132 (1895) 29 n. 4 . . . *Εἴσιδι Σαράπιδι καὶ τῶι δήμωι χαριστήριον.*

Nummi:

Sarapis stans: Mi. S. VI 317 (Carac.).

Caput Sarapidis laur.: BMC 14—17, Mi. III 258, S. 283. 284 (rev. tripus)? BMC 73, IB Kl. M. 129. 9 (V 4), Wadd. voy. 9 (rev. ornamentum Isidis).

---

[1]) Respicias autem quae de deo inferorum et Iove *Εὐβουλεύς* postea contaminatis dixit Otto Kern AM 16 (1891) 12 sq. Luciani salsa verba Cronosolon 14 *θυόντων Διὶ πλουτοδότῃ καὶ Ἑρμῇ δώτορι καὶ Ἀπόλλωνι μεγαλοδώρῳ* ad cultum diiudicandum nil valent.

[2]) De hoc genere titulorum in Caria usitatissimo egerunt Newton *Discov.* II 705 Sal. Reinach Rev. ét. gr. 6 (1893) 197 sqq. Ed. Hula *Festschr. f. O. Benndorf* (1898) 237 sqq. P. Jacobsthal Herm. 46 (1911) 478.

Cnidus.

Iupiter Milichius:

BMI IV 1 817 (cf. R. Schoell Rh. M. 42 (1887) 478 sqq.). Arae e parvi delubri parietinis effossae, priusquam iterum titulo ornaretur, insculpta erat dedicatio *Διὸς Μειλ[ιχίου.*[1])

Iovem Milichium maxime ad anguis formam effictum esse Paulus Foucart e compluribus anaglyphis comprobavit (BCH 7 (1883) 507 sqq.). Milichium autem propinquum esse et Ctesio et Philio demonstravit Martinus P. Nilsson (AM 33 (1908) 279 sqq.). Omnes nil nisi variae species eiusdem numinis clementis divitiasque praebentis et cum summo caeli deo in aequo ponendi sunt. Aliquando anguis domestica ut divitias donans et servans colebatur, quae semper cum tellure arte connexa habita est. Iure igitur Iovi Milichio comparatur Iupiter Chthonius (Preller-Rob. 130 not. 4), cui rei assensus est Otto Kern (Arch. Anz. 9 (94) 80 sq.). Etiam propinquior deo illi clementi est Iupiter *Εὐβουλεύς,* cf. eundem, AM 16 (1891) 10 sq. *Χθόνιος* praecipue terrae agrique copiam hominibus dat, unde nomen accipit *Πλουτεύς* aut *Πλουτοδότης* (cf. p. 408). Servantur autem et defenduntur a periculis divitiae seu domus seu urbis ab eodem deo cognominato quidem *Σωτήρ* vel *Σωσίπολις* (cf. O. Kern Arch. Anz. l. c. et infra Magnesiam).

Iupiter:

SGDI 3591 s. II a. = BCH 10 (1886) 235 sqq. Arbitrium iudicum Cnidiorum inter suam et Calymniorum urbem datum: *A. Ἐξορκό[ντω δὲ τοὶ στραταγοὶ τοὺ]ς δικαστὰς τοὺς δικάζοντας [. . ., ὁ δὲ ὅρκος ἔστω ὅδ]ε· Ναὶ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Λύκ[ιον καὶ τὰν Γᾶν.*

Quod iudices per Iovem iudicant, ad Cnidiorum cultum nil valet. E tanta nummorum copia ne unus quidem Iovis imaginem praebet.

---

[1]) Perperam Newton *Discov.* II 755 (cf. l. c. p. 470) supplevit *Διὸς Με[γίστου.*

Sarapis:

LW 511 = Newton *Discov.* II 751 n. 32 saec. II vel I a. *Σαράπι, Ἴσι, θεοῖς πᾶσι θεραπευθεὶς Ἀπολλωνίδας Ἀλεξ-ανδρεὺς χαριστεῖα.*

Alexandrinus dis patriae gratiam votam reddit.

Phoenix.

Iupiter *Πολιεύς*:

BCH 10 (1886) 248 n. 1 s. III a. Sacerdotes aliquid consecrantes enumerantur; v. 6 *Ἀθανᾶς καὶ Διὸς Πολιέως Τιμάνωρ Τιμασιθέου* (scil. *ἱερεύς*).

Eadem numina eodem ordine nominata in Rhodi urbibus persaepe inveniuntur (e. g. Rhodi IG XII 1 21. 57. 61. 62, Lindi l. c. 829 a. 830, Ialysi l. c. 786. 6). Cultus ex insula in Cariae oram translatus est, praesertim cum tota illa regio, Peraea Rhodiorum nominata, sub Rhodiorum dicione esset (cf. Durrbach et Radet BCH 10 l. c.).

Physcus.

BCH 18 (1894) 31 n. 10. *Ἐπὶ ἱερέως τᾶς Ἀθανᾶς τᾶς Λινδίας καὶ [τοῦ Διὸς] τοῦ Πολιέως Φιλοκράτευς.*

Et sacerdos Rhodius est et tempus ad Rhodiorum morem significatum est (cf. BCH 11 (1887) 264 n. 1. 2).

Tymnessus.

Hoc Cariae oppidulum a Stephano commemoratum (*Τυμνησσός· πόλις Καρίας, ἀπὸ Τυμνησσοῦ ῥάβδου· Ξάνθιοι γὰρ τὴν ῥάβδον τυμνίαν λέγουσιν*) in Cariae Lyciaeque confinio situm fuisse Fridericus Imhoof-Blumer ex nummi genere concludit.

Nummus:

Caput Iovis laur.: IB Mzkde 99 n. 1 (V 10, rev. caput imberbe Vespasiani simile).

Caunus.

Nummus:

Caput Iovis laur.: *AR* ZfN 24 (04) 79 (III 16, rev. fulmen alatum). Nummus excusus est intra annos 180 et 150 a. Chr.

Pisye.

Parietinae inveniuntur in vico Turcico Pisi köi, qui inter antiqua loca Mobolla (Mughla) et Panamara (Baïaca, vide p. 414) situs est, cf. Hula et Szanto SB Wien 132 (1895) 35.

JHS 16 (1896) 220 n. 14 = SB Wien 132 (1895) 35 n. 2, litterae indicant s. II aut III p. Chr. *Ἀρίστων κατὰ χρησμὸν ἀνατίθησι Ὑψίστῳ [εὐ]χαριστήριον.*

Ὕψιστος vel Iupiter *Ὕψιστος* insigni pietate Stratoniceae cultus est, unde hic titulus fortasse ablatus est.

Stratonicea.

De Iove Labrayndo eiusve cognato vide p. 358 et 366.

Iupiter Caricus:

Tituli in Iovis Panamari templo effossi sunt:

BCH 28 (04) 354 n. 1 a. 201 a. *Ἔδοξε Παν[αμαρέων τῶι κοινῶι· ἐπειδὴ ὁ βασιλεὺς] Φίλιππος εὐσεβῶ[ς πρὸς τὸ θεῖον διακείμενος τῶν] τε κατὰ τὸ ἱερὸν τ[οῦ Διὸς τοῦ Καρίου τὴν πᾶσαν πρό]νοιαν πεποίηται, κτλ.* ... v. 10 *[τὸ δὲ ψήφισμα τόδε ἀναγρά]ψαι εἰς τὴν παραστά[δα τοῦ ναοῦ τοῦ Διός.*

l. c. 349 sq. n. 5. Decretum *τοῦ κοινοῦ τῶν Παναμαρέων* a. 192—166 a. v. 12 sqq. *τὸ δὲ ψήφισμα [τόδε ἀναγραψά]τω ὁ ἐνεστὼς δήμαρχ[ος ἐν στήλῃ λιθί]νῃ καὶ ἀναθέτω ἐν τῷ ἱε[ρῶι τοῦ Διὸς τοῦ Κ]αρίου ἐν τῶι ἐπιφανεστά[τωι τόπωι.*

l. c. 351 n. 6 s. fere I a. Laudatur *Λέων Χρυσάορος τοῦ Ζωίλου τοῦ Πολυπέρχοντος,* v. 9 ... *καθόλου τε ἔσπευδεν ὑπέρ τε τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ κοινοῦ τοῦ Παναμαρέων,* v. 23 ... *ἀναγράψαι δὲ ⟨δὲ⟩ τόδε τὸ ψήφισμα εἰς στήλην λιθίνην καὶ ἀναθεῖναι ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Διὸς τοῦ Καρίου ἐν τῶι ἐπιφανεστάτωι τόπωι, κτλ.* Quo titulo supplementa decretorum confirmantur, quae supra attulimus, n. 1 et 5.

BCH 12 (1888) 251 n. 25 s. I p. *Ἀνδροσθένης Ζωίλου ἱερατεύσας Διὶ Καρίωι.*

l. c. 250 n. 23. *Διὶ Καρίωι καὶ Ἥραι Μένιππος Λέοντος Κωραζεὺς ἱερατεύσας.*

l. c. 251 n. 24. Titulus paulo recentior: *Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος τοῦ Λέοντος Ἱεροκωμήτης καὶ Μυρτάλη Φιλάγρου Κω, ἡ μήτηρ, ἱερατεύσαντες ἐν Ἡραίοις Διὶ Καρίωι καὶ Ἥρ[αι.*

l. c. n. 26. *Διὶ Καρίῳ [καὶ Ἥ]ρᾳ Ἀρτεμ[ίδω]ρος Ἀρτε-[μι]δώρου Ἱε[ροκ]ωμήτη[ς . . .*

BCH 15 (1891) 209 n. 151 a. fere 100. p. *Τίτος Φλάνιος Μητροφίλου υἱὸς Κυρίνᾳ Αἰνήας Κο υἱὸς πόλεως, καὶ Φλανία . . ., τὸν τῆς Ἥρας ναὸν χρίσαντες καὶ πλάσαντες καὶ τὸν πρόαντα σὺν τοῖς ἐπιφερομένοις πᾶσι κατασκευάσαντες παρ᾽ ἑαυτῶν ἀνέθηκαν Διὶ Καρίῳ καὶ Ἥρᾳ.*

E primis titulis elucet Iovem *Κάριον* arte connexum fuisse cum foedere Panamarensium. Cuius in templo decreta *τοῦ κοινοῦ* collocantur; is sine dubio cognoscendus est in contextu decreti n. 6 *ἔσπευδεν ὑπέρ τε τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ κοινοῦ τοῦ Παναμαρέων.* Quibus de causis Iovem *Κάριον* patronum foederis Panamarensium habeam. Quid autem illud *κοινὸν Παναμαρέων* sibi vult? Iam Mauricius Holleaux Panamara unum e vicis Caricis fuisse opinatus est (BCH 28 (04) 361 sqq.), quibus collocatis ab Antiocho I. urbs Stratonicea conderetur (Strabo XIV 660, cf. Steph. Byz. s. v. et I. G. Droysen *Gesch. d. Hellen.* III² 2 281). Atque post illum *συνοικισμόν* vici Carici facti sunt *δῆμοι* urbis Stratoniceae. *Δῆμος* autem, cui *τὸ κοινὸν τὸ Παναμαρέων* attributum erat, alios insuper incolas continuisse videtur; quo spectat titulus n. 6 . . . *συστήσας τὰς ἄνωθεν τιμὰς καὶ ἀσυλίας ὑπαρχούσας τῶι δήμωι καὶ Παναμαρεῦσι ἔπεισεν τὸν σύμπαντα δῆμον.* Primum quidem foedus Panamarensium intra pagum (*δῆμον*) aliquamdiu suis legibus vel institutis suoque nomine usum esse videtur, etsi iam *δήμαρχος* (decr. n. 5) novam institutionem indicat. Sed primo a. Chr. saeculo *τὸ κοινόν* e titulis evanescit, cum saeculo primo p. Chr. in titulo Laginensi vox *Παναμαρεύς* itidem atque aliae gentiliciae voces *Κωραζεύς, Ἱεροκωμήτης* iam pagi designandi causa adhibita sit (BCH 11 (1887) 22 n. 30, cf. p. 33; BCH 24 (1900) 36). Neque vero Iupiter *Κάριος* in titulis recentibus iam reperitur.

Quale numen illo verbo significatum sit, nos effugere videtur. Nomen autem *Κάριον* praecipue Graecorum consuetudini respondere puto, qui quantum nomina barbara abhorrebant, deum illum Panamarensium non nisi Caricum significaverint. Neque igitur proprium, sed generale illud nomen habeo. Imperatorum demum et maxime Antoninorum aetate barbari cultus undique denuo effloruerunt. Tum hic ‚Caricus' deus nomen innatum recuperavit, quod infra apertius cognoscetur. Unde etiam, quo modo differant Stratonicensium Iupiter *Κάριος* et Mylasensium, perspiciemus.

Iupiter Panamarus:

Tac. ann. III 62. Sed Aphrodisiensium civitas Veneris, Stratonicensium Iovis et Triviae religionem tuebantur.

Tituli ad Iovis Panamari cultum pertinentes nimii sunt, quam quos afferre possimus omnes. Ceterum facile inveniuntur in *Bulletin de Correspondence Hellénique* (BCH), quos annales solo anni numero significabo. Maxima ex parte tituli effossi sunt ex ipsis templi Panamarensis parietinis, quae prope Stratoniceam ad vicum Turcicum Baïaca apparuerunt (cf. XII 82), et conscripti esse videntur secundo fere saeculo p. Chr.

Tituli Panamarenses:

XI 373—391, XII 82—104, 249—273, 479—490, XIV 369—372, XV 169—209, 425—426, XXIV 31—40, XXVIII 20—53, 238—262, 345—352. Omnes fere a sacerdotibus consecrati sunt et ii:

Διὶ Παναμάρῳ (aut *Πανημερίῳ*) *καὶ Ἥρᾳ Τελείᾳ*: XI 389 n. 5, XII 256 n. 36, XXVIII 53 n. 41.

Διὶ Πανημέρῳ Ἀργύρου καὶ Ἥρᾳ: XV 186 n. 130, 188 n. 131.

Διὶ Παναμάρῳ (aut *Πανημέρῳ* aut *Πανημερίῳ*) *καὶ Ἥρᾳ*: XI 389 n. 6, XII 101 n. 21 (*... καὶ Ἀρτέμιδει καὶ Ἀ*]*πόλλωνει Κολιόργων*, cf. l. c. p. 266 sq.), 253 sqq. n. 32—35. 37. 39—41. 43. 49 (*καὶ Ἑκάτῃ Σωτίρῃ Ἐπιφανῖ καὶ Τύχῃ ἐνοικιδ*[*ίῳ*]), XV 188 sqq. n. 132, 143. 152, XXVIII 32 n. 14 (*καὶ Ἑκάτῃ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς πᾶσιν καὶ πάσαις*), 259 n. 82.

Διὶ καὶ Ἥρᾳ: XII 252 n. 30, *καὶ τῷ δήμῳ*: n. 27—29.

Διὶ Παναμάρῳ aut *Πανημέρῳ* aut *Πανημερίῳ*: XI 387 n. 4, XII 260 sq. n. 45, XIV 371 n. 12. 13, XV 203 n. 144 et consecrationes capillorum XII 97 n. 12, 479 sqq. n. 60—120.

Διὶ Πανημερίῳ καὶ Ἑρμεῖ [καὶ] Σωτίρῃ καὶ πᾶσιν θεοῖς καὶ πάσαις: XII 100 n. 18.

Tituli Laginenses e Triviae templo effossi:

XI 26 n. 37 *ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος ἱε]ρεὺς ἐπανγειλάμενος μετὰ ἱερωσύνην τοῦ Διὸς Παναμάρου.*

l. c. 29 n. 41 ... *προιερατευκότες καὶ τοῦ Πανημερίου Διός.*

l. c. 32 n. 45 ... *καὶ ἱερωσύνην τοῦ μεγίστου θεοῦ Διὸς Παναμάρου.*

l. c. 145 n. 46 ... *μετὰ δὲ τὸ ἱερατεῦσαι τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου Διὸς Πανα[μάρου.*

Tituli Stratonicenses:

LW 525 s. I aut II p. *Τὴν εἰκόνα Τ]ιβερίου Κλαυδίου ... ἱερατεύσαντος τοῦ Διὸς τοῦ Παναμάρου ... Τιβέριος Κλαύδιος Λαίνας ... ἀνέθηκεν.*

LW 518 = CIG 2717 s. III p. Valeriani aut Gallieni aetatis, cum Scythae in Asiam Minorem invadebant. *Χρηστήριον Δ]ιὸς Πα[ν]ημερίου. [ἡ πόλις, ὡς ἐκέλευσε] καὶ Σέ[ρα]πις, ἐρωτᾷ διὰ Φιλοκάλου β̄ οἰκονόμο[υ, εἰ] ἐπιστήσονται οἱ ἀλιτήριοι βάρβαροι [τῇ πό]λει ἢ τῇ χώρᾳ τῷ ἐνεστῶτι ἔτει. Ὁ θεὸς ἔχρησε· [ταρ]άττοντας*[1] *ὑμᾶς ὁρῶν οὐκ ἔχω τὴν αἰτίαν τούτου [σ]υμβαλῖν, οὔτε γὰρ ἐγὼ πορθήσων τὴν πόλιν ὑμῶν ἐστάλην, [οὔ]τε δούλην ἐξ ἐλευθέρας ποιήσων, οὔτε ἄλλο τῶν ἀγαθῶν οὐδὲν ἀφαιρησόμενος.*

LW 519/520 = CIG 2715 a/b s. III p.[2] *Ἐπὶ στεφανηφόρου τοῦ δεῖνος τοῦ δεῖνος· τὴν πόλιν ἄνωθεν τῇ τῶν*

---

[1] Sic lacunam acute supplevit Ad. Wilhelm AEM 17 (1894) 44 sq.

[2] Scriptura huic titulo vetustatem multo minorem vindicat, quam Aug. Boeckh ei attribuit. Forma litterarum similis est inscriptionis LW 518, et in utraque legitur *ι* pro *ει*. Neque dubito, quin *πολλοί τε καὶ μεγάλοι καὶ συνεχεῖς κίνδυνοι* illae ipsae Scytharum invasiones sint. Ergo titulus LW 519 paulo post LW 518 compositus est.

προεστώτων αὐτῆς μεγίστων θεῶν [προνοίᾳ, Διὸς Π]ανημε[ρίου καὶ Ἑ]κάτης, ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ συνεχῶν κινδύνων σεσῶσθαι, ὧν καὶ τὰ ἱερὰ ἄσυλα καὶ ἱκέται καὶ ἡ ἱερὰ σύνκλητος δόγματι Σε[βαστοῦ Καίσαρος ἐπὶ] τῆς τῶν κυρίων Ῥωμαίων αἰωνίου ἀρχῆς ἐποιήσαντο προφανεῖς ἐνεργείας· καλῶς δὲ ἔχι πᾶσαν σπουδὴν ἰσφέρεσθαι ἰς τὴν πρὸς [αὐτοὺς εὐσέβ]ειαν, καὶ μηδένα καιρὸν παραλιπῖν τοῦ εὐσεβεῖν καὶ λιτανεύιν αὐτούς, καθίδρυται δὲ ἀγάλματα ἐν τῷ σεβαστῷ βουλευτηρίῳ τῶν προειρημένω[ν θεῶν κτλ. enumerantur honores deis tribuendi.

LW 516 = CIG 2716 s. III p. in pariete Serapei.

Ζηνὶ Παν[ημερίῳ] καὶ Ἡλίῳ Διὶ Σεράπει σωθέντες
Ἐκ πολέμων μεγάλων καὶ ἀλλοδαποῖο θαλασσῶν
Εὐχῆς ἵνεκε ταῦτ᾽ ἐπέγραψαν κτλ.

XV 426 n. 7 = Benndorf-Niemann *Reisen* 154 n. 130 Ara domestica(?): *Διὸς Παναμάρου.*

Anaglyphum titulo praeditum:

AM 27 (02) 270 n. 3, cf. BCH 15 (1891) 424 n. 5 s. II aut III p.: Anaglyphum marmoreum Laginis inventum, unde quidem postea Alabanda ablatum est, equitem praebet in humili basi ad d. vehentem. Res incerta ante equitem exsculpta ab editoribus cornu copiae habetur. Inscriptionem additam A. Kubitschek et W. Reichel in hunc modum restituerunt (Acta acad. Vindob. 30 (1893) 98 n. 1): *Ἐπὶ* (?) *Ἀρτεμιδώρου τοῦ Ἀρτεμιδώρου· πενταετηρικὸς ἀγὼν μονομαχία ἤχθη θερινῆς* (scil. *ὥρης*)· *στρατηγοὶ Διί, Ἑκάτῃ, Νεμέσι ὁμονο[ήσ]αντες.*

Nummi:

(omnes imperatorum aetate excusi sunt.)

1. Eques barbatus brevi tunica indutus in d. ad aram flagrantem accedit, d. pateram(?), s. sceptrum tenens:

AR Didrachm. BMC 33 (XXIV 1 obv. Aug.?); drachmae: IB Gr. M. 449 a (Aug.?), Gr. M. 449 (obv. caput Triviae) ara abest.

Æ IB Mzkde. 97 n. 7 (Pius et M. Aur.), Mi. III 443, S. VI 488 (Sept.), BMC 55 (Sept. et Iul.), Wadd. 2586 (Geta), BMC 68

(XXIV 10), ZfN. 24 (04) 139 sqq. *β. γ.*, RN 1902. 457 n. 12, Wadd. 2585/6 (Geta et Car.), BMC 66. 67, Wadd. 2589. 2590 (V 12), Mi. III 450, S. VI 501 (Carac. et Plaut.).

Similes sunt BMC 49 (XXIV 5), Mi. III 440. 441 (Ant.).

2. Idem capite radiato et chlamyde volitante; ara abest (aet. Trai. vel Antoninorum): BMC 42 (XXIV 4). 43 = IB Gr. M. 450, Mi. III 436, S. VI 485 (rev. Trivia equitans).

Similis est nummus IB Gr. M. 451 (X 13), cf. Mi. III 436, S. VI 485.

Nomen dei ex antiquiorum testimoniorum consensu fuit *Πανάμαρος*. Formas inde depravatas *Πανήμερος,*[1] *Πανημέριος*[2] infra facilius comprehendemus. Memoratu autem dignum est nomen Iovis Panamari omnino in titulis demum tam recentibus legi. Foederis quidem Panamarensium testimonia multo vetustiora exstant, e quibus (vide supra p. 412 sq.), recta et sincera nominis forma *Πανάμαρος* repetunda est, quae etiam nomine ludorum vel feriarum *Παναμαρείων* et paucis virorum nominibus (XXVIII 245 n. 54, 254 n. 72) confirmatur.

Ceterum, postquam Iovem Panamarum cognovimus, iam nunc Iovi illi *Καρίῳ* nomen proprium et innatum reddi posse existimo. Cuiusnam dei fidei ac tutelae foedus Panamarensium sese committere, in cuiusnam dei templo decreta sua proponere potuit nisi Panamari, quocum etiam nomen communicabat? Supra Graecos barbarum nomen abhorruisse atque ea de causa Iovem omnino *Κάριον* appellasse coniecimus. Qua cum opinione concinit, quod simulatque Graeci aures barbaro sonui assueverunt et nomen *Πανάμαρος* etsi nimirum ad suam linguam permutatum in titulis adhibuerunt, ex eodem fere tempore cognomen *Κάριος* non iam commemoratum est. Duo autem numina haudquaquam secernenda esse iam inde elucet, quod et contextus titulorum Iovis *Καρίου* (e. g. XII 251 n. 24) ab Iovis Panamari nulla re differt et maxime *Ἥρα Τελεία, πάρεδρος* Iovis Panamari, etiam

---

[1]) e. g. XI 380 n. 2, XII 487 n. 63. 65. 66, XV 186 n. 30.
[2]) XI 387 n. 4, XII 260 n. 44 passim, de aliis significandi varietatibus cf. Hoefer, *Roscher* III 1491 sq.

cum Iove Carico consociata est. Ergo Iupiter *Κάριος* est Iupiter *Πανάμαρος*. Utrum nomen nativum sit, vix quisquam dubitet. Editores quidem dicunt „*Zeus Κάριος est le vrai nom du dieu. Παναμάρος est un surnom postérieur*". Immo contrario res se habet. Etsi, quantum quidem temporis spatium titulis adhuc notis circumcluditur, *Κάριος* cognomen vetustius est nomine *Πανάμαρος*, tamen re vera vox Carica Graeco illo generali nomine aliquamdiu tantum principatu demota erat, donec imperatorum aetate rursus deprompta denuo effloruit.[1])

Coniecturas nominis Carici *Πανάμαρος* interpretandi enumerat O. Hoefer, *Roscher* III 1493, cuius sententiam secutus illud ex loco *Πανάμαρα* compluribus titulis commemorato,[2]) derivaverim. Deae autem nomen barbarum, quae una cum Panamaro colebatur, plane perisse videtur; coniecturam Albrechtii Dieterich infra disseremus. Contra cultus Panamarensis satis dilucide inscriptionibus sacerdotum illustratur, qui sumptus et beneficia imprimis festis diebus erga populum impensa accurate et verbose enumerant.

Celebrantur autem Panamaris vel Stratoniceae feriae ex duobus illis dis nominatae *Παναμαρεῖα* et *Ἡραῖα* atque insuper *Κομύρια*, quae deinceps nobis tractandae sunt.[3]) Praemittere liceat in omnibus fere titulis ineuntibus nomini sacerdotis adiecta esse verba *ἐν Ἡραίοις* aut *ἐν Κομυρίοις* eo videlicet consilio, ut quibus quisque festis sacerdotali munere functus esset quorumque sumptus suscepisset, significaretur. Nam cui titulo praeposita est formula *ἐν Ἡραίοις*, in eo hae feriae latius describuntur, cui *ἐν Κομυρίοις*, in eo Comyria. Nullo in praescripto legitur *ἐν Παναμάροις*, quod sollemne modo ab Heraeorum modo a Comyriorum sacerdotibus actum est. Nescio an inde Panamaria non anniversaria fuisse appareat.

---

[1]) Sequitur ut, praesertim cum Panamari extra Stratoniceam culti testimonia desint, Iupiter *Κάριος* Mylasensis a Stratonicensi omnino seiungendus sit (supra p. 397).

[2]) XII 83 n. 9 . . . *ἐν τοῖς ἱεροῖς τῷ τε ἐν Παναμάροις, καὶ τῷ* . . . l. c. 87 n. 10 . . . *ἀγάλματα τὰ ἐν Παναμάροις καὶ ἐν Λαγείνοις* XXVIII 41 n. 26 . . . *ἱέρια διὰ βίου τῆς Ἀρτέμιδος τῆς ἐν Παν[αμάρ]οις.*

[3]) Valde gaudeo, quod in feriis iudicandis maxima ex parte consentior cum Martino Nilsson 27 sqq.

Παναμαρεῖα.

XI 376 n. 1 v. 24: *τὴν ἑορτὴν τῶν Παναμαρείων τὰς δέκα ἡμέρας ἐγυμνασιάρχησαν πάσῃ τῇ πανηγύρι νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἀκωλύτως, ἔθεσαν δὲ καὶ ταῖς γυναιξὶ πάσαις ἔλαιον καὶ μύρα.*

XI 380 n. 2 v. 10: *γυμνασιαρχήσας δὲ καὶ τὴν τετράδα παραλαμβάνων τὸν θεὸν καὶ τὰς τῆς ἑορτῆς τῶν Παναμαρείων ἡμέρας δέκα πάσῃ ἡλικίᾳ ἀδιαλείπτως καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας θεὶς δρακτῷ τὸ ἔλαιον καὶ ἐπαλείμματα ἐν τοῖς γυμνασίοις.*

XI 384 n. 3 v. 12: *πρῶτοι καὶ τὰς τῆς ἑορτῆς δὲ τῶν Παναμαρείων ἡμέρας δέκα ἔθεσαν ἐν τοῖς γυμνασίοις ἔλαιον δρακτῷ πάσῃ ἡλικίᾳ καὶ τύχῃ ἀδιαλείπτως καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας καὶ ἐπαλείμματα καὶ ταῖς γυναιξὶ δὲ πάσαις ἔδοσαν ἔλαιον κτλ.*

XII 102 n. 22 v. 12: *ἐλαιοθετήσαντες σὺν τῇ προόδῳ καὶ τῇ ἑορτῇ τῶν Παναμαρείων.*

XV 186 n. 130 A v. 25: *δόντες δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν τρικλιναρχιῶν ἐν αὐταῖς τῶν Παναμαρίων ἡμέραις ἐν τῇ πόλι παρ᾽ ἑαυτῶν πάσῃ τύχῃ καὶ ἡλικίᾳ καὶ τοῖς ἐπιδημή[σα]σιν [ἐν τῇ πα]νηγύρι ξένοις [ἀνὰ* $\frac{\vee}{\wedge}$*ε]*; cf. l. c. 188 n. 131.

XV 204 n. 144 v. 15: *ἐγυμνασιάρχησαν καὶ ἐν τῇ τοῦ ἵππου εἰσόδῳ τὸ [β, καὶ] ηὔξησαν πρῶτοι τὰς τῶν Παναμαρίων τῆς ἑορτῆς ἡμέρας [δέκα ἕως] τριάκοντα.*

Huc spectant sine dubio etiam tituli:

XV 198 n. 140 v. 12: *γυμνασιαρχήσαντες δὲ καὶ τῇ ἑορτῇ καὶ πανηγύρει τοῦ θεοῦ ἐπιρρύτῳ ἐλαίῳ ἀπὸ τῆς εἰκάδος μέχρι τῆς τριακάδος ἐν τοῖς δυσὶ βαλανείοις παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ἐπιδημίας τοῦ θεοῦ πάσῃ τύχῃ καὶ ἡλικίᾳ τῶν ἐπιδημούντων ἀνθρώπων.*

XXVIII 238 n. 42 v. 7: *γυμνασιαρχήσαντες πρῶτο]ι καὶ μόνοι τῆς ἐπιδημίας οὔσης ἡμέρα[ς . . . ἀπὸ νυκτὸς ε]ἰς νύκτα.*

XXVIII 24 n. 2 v. 12: *ἔδωκεν δὲ καὶ ταῖς βουλαῖς ἐν τοῖς Παναμαρήο[ις δραχμ(?)]ὰς* < $B\overline{Y}$.

Panamaria diu noctuque agebantur per decem dies, — et eos ultimae mensis partis (ἀπὸ τῆς εἰκάδος μέχρι τῆς τριακάδος) — qui postea autem viginti diebus aucti esse videntur (XV 203 n. 144).[1] Causa festorum erat ἡ ἐπιδημία τοῦ θεοῦ; deum Panamarensem urbem Stratoniceam adiisse cum voces ἐπιδημία, πρόοδος, εἴσοδος tum ea res docent, quod huius ἐπιδημίας sollemnia in urbe ipsa agebantur (XV 186 n. 130); atque cum alio loco legamus ἐν τῇ τοῦ ἵππου εἰσόδῳ, alio τὸν ἵππον τῷ θεῷ τὸν ὑπηρετ[ικόν] (XXVIII 247 n. 57 v. 11), in Panamariis hoc actum esse videtur: magna cum pompa Iupiter Panamarus vel potius eius simulacrum (cf. p. 418 not. 2) equo a sacerdotibus consecrato Panamaris Stratoniceam quasi adeundi causa vectum vel traductum est,[2] ubi decem seu triginta dies habitaret. Quibus ex rebus nonnulli viri docti equitem imperatorum aetate aeribus Stratonicensibus incusum iure ac merito Iovem Panamarum nominaverunt (cf. B. V. Head, BMC Caria p. LXXII sqq.). Novum testimonium e monumentis afferam anaglyphum supra descriptum (p. 416). Neque enim dubito, quin Ζεύς anaglyphi sit Iupiter Panamarus, praesertim cum associatus sit Triviae, qui urbis dei nobilissimi erant (cf. LW 519 et Tacitus ann. III 62)[3] et saepius coniungebantur (v. p. 414 sq.).

Cum Panamaria publice atque in urbe agerentur, Heraea et Comyria arcani aliquid et secreti habent, cur maxima ex parte intra templi terminos (ἐν τῷ ἱερῷ περιπολίῳ XV 200 n. 141) celebrarentur.

Ἡραῖα.

XV 198 n. 140 v. 24: ἐν δὲ τοῖς Ἡραίοις μετὰ τ[ῶν ἄλ]λων παρέσχον τ[αῖς γυναιξὶν] καὶ δούλαις καὶ ἐλευθέραις μετὰ τῆς ἄλλης χορηγίας καὶ ἀργυρίου ἑκάστῃ ἀνὰ < γ.

XV 191 n. 135 v. 6: ἐποίησαν τὸ Ἡραῖον φιλοτείμως, δόντες ταῖς γυναιξὶν καὶ τὴν διανομήν.

---

[1]) Eadem ratione intellegendum habeo titulum XXVIII 238 n. 42, XV 191 n. 135 v. 5 commemoratur ἡ ἱερομηνεία τοῦ θεοῦ.

[2]) Similes aliorum simulacrorum pompae ab editoribus commemorantur XV 175 not. 1.

[3]) Nummis cum anaglypho comparatis incertam illam anaglyphi rem aram flagrantem putare malim quam cornu copiae, cf. p. 416.

XV 200 n. 141 v. 7: *δόν[τες δὲ δια]νομὰς ἐν τοῖς Ἡραίοις πάσῃ τύχῃ κ(αὶ) ἡλικίᾳ, γ[υμνασιαρ]χήσαντες κ(αὶ) ἡμέρας κβ ἐκ νυκτὸς ἰς νύκτ[α ἐν ἀμφοτέρ]οις τοῖς γυμνασίοις κ(αὶ) ἐν τῷ ἱερῷ περιπολίῳ· σ[υνφιλοτιμ]ουμένων ἐν πᾶσιν τῶν παιδίων κ(αὶ) τῶν ἀδελφῶ[ν τοῦ ἱερέω]ς τοῦ Ὁμήρου.*

XV 204 n. 145 v. 3: *ὑπ[. . . δεξ]άμενος δὲ καὶ τὸ πολείτευμα τῶν γυναικῶν ἐν τοῖς Ἡραίοις, θεω[ρί]ας δὲ ποιήσας πολυτελεστάτας καὶ καλλίστας κτλ.*

XII 102 n. 22 v. 31: *ἑστιάσαντες ἐν τοῖς Διονυσίοις καὶ τοῖς Ἡραίοις πάντας βουλευτὰς καὶ πολίτας τὸ καθ' ὅλου τῶν μυστηρίων μηδὲν παραλιπόντες ἐν παντὶ τῷ ἐνιαυτῷ.*

XV 174 e titulo adhuc inedito: *ἐν τοῖς μυστηρίοις δὲ καὶ ἑορτῇ τῶν Ἡρέων.*

XI 376 n. 1 v. 32: *καὶ ἰς τὸ Ἡραῖον καλέσαντες πάσας τάς τε ἐλευθέρας καὶ δούλας οἶνόν τε παρέσχον αὐταῖς εἰς εὐωχίαν ἄφθονον καὶ ἔδοσαν ἑκάστῃ δραχμὰς γ̄.*

XXVIII 40 n. 23 B: *[γυμνασιαρχήσας καὶ τὸ Ἡ]ραῖον πολυ[τελῶς κ]αλέσας τὸ πολεί[τευ]μα τῶν γυναικῶν, [δοὺς δὲ] ἑκάστῃ μετὰ τῶν λ[οιπ]ῶν τῶν ἐξ ἔθους [ἀ]νὰ ⅄ α, ὁμοίως καὶ ταῖς σὺν ἀνδράσιν ἀν[αβάσαις . . .*

Benndorf-Niemann 156 n. 134 b: *ἐν Ἡραίῳ πά[σαις] γυναιξὶ καὶ τοῖς γενομένοις ἐν τῷ ἱερῷ ἀνδράσιν [ἐδώ]καμεν ἀνὰ < β̄., καὶ τὰ δεῖπ[να] ἐχαρισάμεθα.*

Dies festi Iunoni celebrati modo *Ἡραῖα* nominantur modo *Ἡραῖον*; verbo *Ἡραῖον* etiam templum Iunonis significatur (XI 376 n. 1 v. 32, cf. XV 209 n. 151). In praescriptis titulorum huc spectantium legitur aut *ἐν Ἡραίοις* aut *ἐν Ἡραίοις κατὰ πενταετηρίδα* (e. g. XV 198 n. 140 *Ἱερεὺς ἐξ ἱερέων ἐν Ἡραίοις κατὰ πενταετηρίδα Ἀρίστιππος Ἀλεξάνδρου τοῦ Λέοντος Κο̄.*). Alterius generis tituli sunt quadraginta quattuor, alterius octo. E longiore formula viri docti Heraea non nisi quinto quoque anno acta esse iudicaverunt (editores XII 91, O. Hoefer, *Roscher* III 1496). Qua cum sententia iam magnus titulorum numerus discrepare mihi videtur, qui, si illi recte dixissent, ingens temporis spatium comprehenderent.

Immo differunt videlicet *Ἡραῖα* et *Ἡραῖα κατὰ πενταετηρίδα*, atque veri habeo simillimum illa sollemnia ita ut Comyria anniversaria fuisse, sed quinto quoque anno insigni splendore et amplitudine peracta esse.[1]) Qua cum opinione numeri inscriptionum quae exhibent formulam *ἐν Ἡραίοις* et quae longiorem, haud inepte concinunt!

Mulieres ritu civitatis coniunctae et separatae (*πολίτευμα των γυναικῶν*) in Iunonis templum conveniebant cibum vinumque accepturae, mysteria confecturae. Viri mysteriis nimirum seclusi munificiis tantummodo sacerdotum fruebantur. Quid mysteria illa sibi voluerint, non constat. Cognomen deae in titulis supra (p. 414) allatis legimus *Τελείαν*; accedit lapis terminalis XV 426 n. 8 *Ἥρας Τελείας*. Quod cognomen ita ut Iovis *Τελείου* interdum ad sacras horum deorum nuptias spectat (cf. Daremberg-Saglio s. v. *Hieros Gamos,* Preller-Robert 170 sqq.). Insuper vocabulo *Ἡραῖα* et Argis (Nilsson 44) et Sami (e. g. Athen. XII 525 E, Lact. inst. christ. I 17. 8, Aug. civ. dei VI 6; cf. Nilsson 46 sqq.) *θεογάμια* Iovis et Iunonis significata esse videntur (cf. Daremberg-Saglio l. c. et s. v. *Heraia*). Dubito an inde concludi possit etiam Panamaris *ἱερὸν γάμον* numinum barbarorum celebratum esse, quos Graeci postea Iovi et Iunoni adaequarent.

Κομύρια:

XI 380 n. 2 v. 16: *ἐπιτελέσας δὲ καὶ τὸ Κομύριον καὶ τὰ μυστήρια εὐσεβῶς καὶ πᾶσιν καὶ ἐν τῷ Κομυρίῳ πολείταις καὶ ξένοις καὶ δούλοις ἀφθόνως οἶνον παρασχὼν ταῖς δυσὶν ἡμέραις, ποιήσας δὲ καὶ τὰς σκηνὰς ἰς τὸν τόπον πρὸς καταγωγὴν τῶν ἀνθρώπων καὶ τὴν ἄλλην κατασκευήν, θεὶς δὲ καὶ ἐν τῇ ὁδῷ πάσῃ ἡλικίᾳ γλυκύν τε καὶ οἶνον ἀδιαλείπτως, δοὺς δὲ καὶ ἰς σιτώνιον τοῖς πολείταις δηνάρια μυρία* ... v. 32 *συμφιλοτειμησαμένων αὐτῷ τῆς τε τηθείδος καὶ συνιερείας τὸ δεύτερον ἐν Κομυρίῳ Φλ. Μαμάλου κτλ.*

XI 385 n. 3 v. 26: *ἐπετέλεσαν δὲ καὶ τὰ μυστήρια τοῦ Κομυρίου εὐσεβῶς καὶ τοῖς μὲν ἀνδράσιν ἐν τῷ*

---

[1]) Quinquennium fortasse e Triviae Laginensis cultu depromptum est.

Κομυρίῳ δεῖπνα παρέσχον κατὰ τρικλειναρχίας καὶ τὸν οἶνον ἔδοσαν ἀφθόνως πολείταις, ξένοις, δούλοις, ταῖς γυναιξὶ δὲ ἐν τῷ ἱερῷ καὶ αὐταῖς παρέσχον οἶνον πλεῖστον ταῖς δυσὶν ἡμέραις καὶ τὰ ξύλα ἐν τοῖς δυσὶν τόποις, ἔθεσαν δὲ καὶ ἐν τῇ ὁδῷ πάσῃ ἡλικίᾳ γλυκύν τε καὶ οἶνον ἀφθόνως, ἔδοσαν δὲ καὶ τοῖς πολείταις ⳨ *μυρία.*

XI 387 n. 4:

Ἐξ ζακόρων ζάκορος, φιλότειμός τε ἐκ φιλοτείμων
Αἰνείου μεγάλου καὶ Παυλείνης φίλος υἱός,
Ζηνὶ Πανημερίῳ ὑπάτῳ μεγάθυμος Ἰάσων,
ἄμμιγα Πυθιανῇ περικαλλεῖ τῇ συνομεύνῳ,
ἑπτὰ ἔτη φιλότειμα Κομύρια θύματ᾽ ἔρεξεν,
δαῖτας ἴσας παρέχων Ζηνὸς βουλαῖσιν Ἰάσων, κτλ.

XV 186 n. 130 A v. 12: *ἱερατεύσαντες Κομύριον καὶ ἑστιάσαντες τοὺς πολείτας καὶ τοὺς ξένους, δόντες καὶ ἐν τῇ ἀνόδῳ τῇ ἐν τῷ ἱερῷ ἑκάστῃ τῶν γυναικῶν* ⳨ *α.*

XV 204 n. 144 v. 19: *ἔδωκαν δὲ κ(αὶ) ὑπὲρ τῶν τρικλιναρχιῶν ἐν ⟨ν⟩ τῷ τοῦ Κομυρίου κα[ιρ]ῷ πάσῃ τύχῃ κτλ.*

XXVIII 24 n. 2 v. 6: *ἐδείπνισεν δὶς ἑξῆς ἐν μὲν τῷ Κομυρίωι τοὺς πολείτας πάντας καὶ Ῥ[ωμαί]ους καὶ ξένους καὶ παροίκους καὶ δούλους πλείστους, ἐν δ[ὲ τῶι] ἱερῶι τὰς πολειτίδας πάσας καὶ Ῥωμαίας καὶ ξένας καὶ π[αροί]κους καὶ δούλας πλείστας.*

XXVIII 252 n. 70: *προιερατευ]κὼς Κομύριον.*

Accedunt consecrationes capillorum (p. 415),[1]) e quibus stet una pro multis XII 489 n. 96: *Ἐπὶ ἱερέως Φλ. Λέοντος [Κο]μυρίου κόμαι Δράκοντος. Ἐπὶ ἱερέως Στράτωνος κόμαι Φιλίππου, Δημητρίου, Θεοφίλου, Ἑρμῆδος, Πατρόκλου.*

Comyria quoque anniversaria fuisse iam e titulo metrico elucet (vers. 5) *ἑπτὰ ἔτη φιλότειμα Κομύρια θύματ᾽ ἔρεξεν,*

---

[1]) De horum monumentorum statu ac forma ab editoribus l. c. diligenter agitur. Duae ritus illius arae Panamaris in vicum, qui hodie dicitur Düzowa, inter Mylasa et Stratoniceam situm ablatae sunt (SB Wien 132 (1895) 18sq.).

qui ni „per septem annos“ verti non potest. Quod autem in praescriptis aut *ἐν Ἡραίοις* aut *ἐν Κομυρίοις* legimus, alius sacerdos Heraea alius Comyria suscepisse videtur (cf. p. 418), quorum festorum sumptus maiores essent, quam quos unus impenderet. Itaque laudibus efferuntur, qui alterum identidem [1]) aut ambos uno anno celebraverunt. [2]) Verbo *Κομύριον* vel *Κομύρια* et sacra aedes (XXVIII 24 n. 2) et saepius solemne ipsum significantur.

Summum in virorum mysteriis momentum habebant dapes, in quibus sacerdote (*τηθίς*) procurante omnes *κατὰ τρικλιναρχίας* cibo vinoque excipiebantur. Non dubium est, quin etiam Stratonicenses caenis illis communionem mystarum et inter eos et cum deo effici crediderint. Quae sacrae dapes, inferiore Graecorum aetate in mysteriis usitatissimae, scite tractatae sunt ab Albrechtio Dieterich (*Eine Mithrasliturgie*[2] (1910) 100 sqq., cf. Robertson Smith-Stübe *Die Religion der Semiten*[2] (1899) 162 sqq.). Consecrationes capillorum ad viros in mysteria recipiendos referuntur. Qui ritus, satis propagatus, peraptus est, quo homines quasi semet ipsos numini dedicent. [3]) Quid autem vox *Κομύρια* sibi vult? Iam editores titulorum Tzetzem citaverunt, qui ad Lycophr. 459 *καταίθων θύσθλα Κωμύρῳ λέων* adnotat *Κώμυρος γὰρ ὁ Ζεὺς ἐν Ἁλικαρνάσῳ τιμᾶται* (vide p. 405); ex illo deo Comyria Panamarensium nominata esse putant. Quam interpretandi rationem alii probaverunt (Hoefer, *Roscher* III 1495). At licet scholiasta, quod ad Halicarnassum attinet, recte nuntiaverit, etiam differentiam vocalium neglegamus, tamen qui fit, ut deus ab Halicarnassensibus nomine proprio vocatus sit, contra e tanto Panamarensium inscriptionum numero ne una quidem eum appellet? Sed celantne tituli re vera nomen dei Comyriis culti? Nonne consecrationes capillorum manifeste Iovem Panamarum exhibent?

---

1) XXVIII 24 n. 2 *Ἱερεὺς πάλιν ἐν Κομυρίοις τὸ δεύτερον, ἐπηγγελμένος δὲ καὶ τὸ τρίτον ἐν Ἡραίοις πρῶτος καὶ μόνος τῶν ἀπ' αἰῶνος* ...

2) XXVIII 248 n. 58 ... *τὸν δὲ πρῶτον ἐνιαυ[τὸν κατὰ πενταετηρίδα ἐ]ν Ἡραίοις καὶ ἐν Κομυ[ρίοις ἐξ ἐπανγελίας μόνος] καὶ πρῶτος*, cf. XV 202 n. 143 v. 6.

3) XII 481 sqq., Gruppe II 913 sqq., Smith-Stübe l. c. 248 sqq., Oldenberg *Die Religion des Veda* 319 not. 1, 425. 551 sq.

Nonne titulus ille metricus testis luculentus est: *Ζηνὶ Πανημερίῳ ὑπάτῳ μεγάθυμος Ἰάσων . . . ἑπτὰ ἔτη φιλότειμα Κομύρια θύματ' ἔρεξεν*? Iupiter igitur Panamarus illis Comyriis colebatur. Vocem autem ipsam *Κομύριον* vel *Κομύρια*, ut est Carica, adhuc interpretari nequimus. Respiciamus quidem titulos XII 488 n. 77 *Ἐπὶ Κομυρίου τοῦ δεῖνος* et n. 85 *Ἐπὶ ἱερέως Διοκλεῦς Κομυρίου* et maxime n. 97 *Ἐπὶ ἱερέος τοῦ δεῖνος κόμαι Λουκίου καὶ Αἰλίου Κομυρίων*, e quibus mystas ipsos vel sacerdotes mysteriorum *Κομυρίους* sese appellasse concludam. Vocesne Caricae *Κομύριον Κομύρια* similesve omnino non propriae fuerunt, sed nil nisi mysteria, mystas vel res ad mysteria pertinentes significaverunt?

In Comyriorum titulis aliud quoque sollemne etsi a virorum mysteriis diligenter seclusum commemoratur et id mulierum. Inprimis perspicuus est titulus XXVIII 24 n. 2 (cf. p. 423): *ἐδείπνισεν δὶς ἑξῆς ἐν μὲν τῶι Κομυρίωι τοὺς πολείτας πάντας . . ., ἐν δὲ τῶι ἱερῶι τὰς πολειτίδας πάσας*; accedunt autem tituli XI 385 n. 3 (p. 422): *τοῖς μὲν ἀνδράσιν ἐν τῷ Κομυρίῳ δεῖπνα παρέσχον . . ., ταῖς γυναιξὶ δὲ ἐν τῷ ἱερῷ καὶ αὐταῖς παρέσχον οἶνον πλεῖστον ταῖς δυσὶν ἡμέραις* . . ., XV 186 n. 130 A (p. 423): *ἱερατεύσαντες Κομύριον καὶ ἑστιάσαντες τοὺς πολείτας καὶ τοὺς ξένους, δόντες δὲ καὶ ἐν τῇ ἀνόδῳ τῇ ἐν τῷ ἱερῷ ἑκάστῃ τῶν γυναικῶν* ✕*α*. XV 203 n. 144: *ἔδοσάν τε καὶ ἐν τῇ ἀναβάσει τοῦ θεοῦ πάσαις ταῖς γυναιξὶν ἀνὰ* ✕*β* . . . XI 383 n. 3 v. 9: *ἤλειψαν δὲ καὶ τῇ ἀνόδῳ τοῦ θεοῦ πανδημεὶ τὴν πόλιν ἐν τῷ ἄστει* . . . Alius titulus cum alio tam arte connectitur, ut quin ad eandem omnes rem spectent dubitari non possit. Quod sollemne mulierum alteram Comyriorum partem fuisse cum e testimoniis elucet tum inde, quod *ἄνοδος* vel *ἀνάβασις τοῦ θεοῦ* non nisi in Comyriorum titulis nominatur. *ἡ ἄνοδος* a mulieribus celebrabatur. Qua in re omnes viri docti adhuc erraverunt (Theod. Schreiber, *Festschr. z. dtsch. Hist. Tage in Leipzig* (1894) 42, O. Hoefer, *Roscher* III 1495, A. Dieterich l. c. 220 sq.), qui illi caerimoniae non nisi viros adfuisse putaverint; immo non nisi mulierum erat. Sed ascensus ille quid sibi volebat? Omnibus adhuc probatum est Iovem Panamarum ex urbe Stratonicea in templum suum rediisse. Quod delubrum in monte

situm fuisse et voces *ἀνιέναι, ἀνακομίζειν* docent in titulis persaepe adhibitae (e. g. XI 385 n. 3 v. 21, XV 198 n. 144 v. 29), et maxime res ipsae effodiendo nobis palam factae.[1] At illa sententia sine dubio refellitur verbis *ἐν τῇ ἀνόδῳ τῇ ἐν τῷ ἱερῷ* (XV 186 n. 130 A, vide supra); nam illi opinioni nil concineret nisi *ἄνοδος εἰς τὸ ἱερόν*. Accedunt aliae dubitationes. Quod dei simulacrum Panamara vectum est? Num *ἄγαλμα τὸ ἐν Παναμάροις*? Idemne simulacrum, quod in Panamariis in urbem invectum erat, tum ad sedem suam rediit? At illa *ἐπιδημία τοῦ θεοῦ* Panamariorum erat, haec autem *ἄνοδος* Comyriorum. Duo autem sollemnia confundere testimonio inscriptionum prohibemur. Ceterum verbo *ἐπιδημία* etiam reditum dei comprehensum esse puto. Relinquitur, ut simulacrum dei iterum in urbem translatum esse habeamus eo tantummodo consilio, ut rursus in delubrum Panamarense reportaretur. Quod vix quisquam sibi probaverit. Immo *ἡ ἄνοδος ἡ ἐν τῷ ἱερῶι* caerimonia intra templi fines celebrata erat. Atque hic coniecturam afferamus, quam protulit Alb. Dieterich *Eine Mithrasliturgie* [2]220 sq., cf. *Kleine Schriften* 501. In libello magico Mithraeis agendis adiecto haec verba leguntur (l. c. p. 20 sq.): *ἀνέβη Ζεὺς εἰς ὄρος χρυσοῦν μόσχον ἔχων καὶ μάχαιραν ἀργυρέαν. πᾶσιν μέρος ἐπέδωκεν, αμαρα μόνον οὐκ ἔδωκεν. εἶπεν δὲ· ἔξαφες ὃ ἔχεις καὶ τότε λήψει* . . ., quae verba reliquo textui ne minimum quidem accommodata esse statim cognosces. Contra peculiaribus Panamarensibus ritibus mire respondent (*ἀνάβασις τοῦ θεοῦ, ἀποδιδόναι τὰ δεῖπνα, βουθυσία,* cf. XII 259 n. 42 et BMC Caria 157 n. 59 = tab. XXIV 8). Qua de causa Alb. Dieterich versibus illis partem etsi corruptam sacrae fabulae (*τοῦ ἱεροῦ λόγου*) Panamarensis inesse opinatus est.[2] Si haec ita sint, — neque habeo quod

---

[1]) Cf. BCH XII 82.

[2]) Quod autem mulieribus omnino nullus Comyriorum aditus fuisset, A. Dieterich vocem illam obscuram *αμαρα* nomen deae Caricae fuisse putavit, quae una cum Panamaro culta et a Graecis *Ἥρα* nominata esset. Sed cum *τὴν ἀνάβασιν τοῦ θεοῦ* re vera a mulieribus non a viris celebratam esse cognoverimus, fieri non potest, quin hanc coniecturam reiciamus. Etsi verbum *αμαρα* ad Iovis nomen aliquo modo referendum esse concedo, tamen verbo *Πανάμαρος* imprimis

obiciam — hoc fragmento caerimonia, quam e titulis cognovimus, paululum illustretur. Fortasse etiam *μάχαιρα ἀργυρέα* aliquo modo ad cognomen *Ἀργύρου,* Iovi Panamaro attributum,[1]) spectat (XV 186 n. 130, 131; supra p. 414), cui ceterum comparem cognomina Mani data *Κάρου, Φαρνάκου, Τιάμου* (vide Drexler, *Roscher* II 2 2750 sqq.) nec non *Γοασοῦ* (supra p. 394).

Ciborum vini olei nec non argenti distributorum testimoniis tituli abundant. Etiam tabernacula a sacerdotibus ad homines recipiendos Panamaris exstruebantur (XI 380 n. 2, Benndorf-Niemann I 156 n. 134 a, cf. Ioa. Toepffer *Beitraege z. gr. Altertumsw.* (1897) 208).

Paucis commemorem sollemnia in sacerdotio ineundo et deponendo acta:

XI 375 n. 1 v. 10: *παραλαμβάνοντες μὲν τὸν στέφανον τοῦ θεοῦ ἤλειψαν πανδημεὶ τὴν πόλιν ἐν τῷ ἄστει.*

XV 198 n. 140 v. 11: *ἀλείψαντες δὲ καὶ τῇ τοῦ στεφάνου παραλήψει καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας.*

XV 186 n. 130 v. 17: *γυμνασιαρχήσαντες σὺν καὶ τῇ παραλήψι τοῦ στεφάνου ἡμέρας κβ ἐν ἑκατέροις τοῖς γυμ(ν)ασίοις καὶ ἐν τοῖς γυναικείοις βαλανείοις . . .*

XV 191 n. 135 v. 4: *ἐγυμνασιάρχησαν τῇ τε παραλήψει τοῦ θεοῦ.*

l. c. n. 136 v. 5: *γυμνασιαρχήσας . . . καὶ τὴν μετὰ παράληψιν τοῦ θεοῦ τετράδα.*

XI 380 n. 2 v. 10: *γυμνασιαρχήσας δὲ καὶ τὴν τετράδα παραλαμβάνων τὸν θεόν.*

XII 101 n. 22 v. 12: *ἐλαιοθετήσαντες . . . καὶ τῇ ἀποθέσει τῶν στεφάνων τὰς πάσας ἡμέρας . . .*

---

nomen *Παναμύης* in Caria et Pisidia usitatum comparaverim et Hetitici regis Panammû (cf. A. Evans *Scripta Minoa* 62 c. not. 5 et P. Kretschmer *Einl.* 357. 397). Nuperrime in titulo Cyprio vocabulum obscurum pa-na-mo (= Panam(m)o?) apparuit; cf. R. Meister SB Berlin 1911. 168 sq.

[1]) Etiam hominibus hoc nomen datum est: XI 12 n. 6, XII 487 n. 60.

Suscipientes munus et ab eo se abdicantes sacerdotes populum quattuor dies beneficiis delectabant.[1]) Vocibus *παράληψις τοῦ στεφάνου* et *παράληψις τοῦ θεοῦ* indicari videtur sacerdotem una cum corona simulacrum dei suscepisse.[2])

Cuinam cultus connexui Iupiter Panamarus inserendus sit, nummi nos docent. Barclayus Head BMC p. LXXII ei recte comparavit „Equitem deum“, qui variis nominibus sive Graecis sive barbaris appellatus insigni pietate in Lydia Phrygia Lycia Pamphylia imperatorum aetate cultus est. Ut autem in Caria perpaucis oppidis Lydii confinii exceptis extra Stratoniceam omnino non colebatur, ita nullo alio loco atque Stratoniceae cognominatus est *Ζεύς*. Nam „Eques deus“, quem a populis Phrygiae Thraciaeque stirpis aliquando in Asiam Minorem translatum habemus, nisi in regione Stratonicensi in Caria nunquam fuit nobilior, quippe ubi summa ex antiquissimis temporibus veneratione coleretur Iupiter bipennifer. Sed cum Iovis cultus apud Cares praevaleret, etiam eques Iupiter appellatus est. Atque ut in reliquis Asiae Minoris regionibus ita etiam Stratoniceae eques ex Traiani fere aetate numen lucis se praebet:[3]) non modo caput eius radiis cingitur, verum etiam deis lucis adiungitur: titulus metricus LW 516 consecratus est *Διὶ Πα[νημερίῳ] καὶ Ἡλίωι Διὶ Σεράπει,* alio titulo XI 389 n. 6 sacerdotes Iovi Panamaro et Iunoni consecrant *τὸν Σάραπιν καὶ τὴν Εἶσιν καὶ τὸν νεὼν αὐτῶν καὶ τὸν βωμόν,* alio LW 518 Sarapis Stratonicenses ab Iove Panamaro oraculum petere iubet. Quo spectant sine dubio etiam permutationes nominis Panamari

---

[1]) Cum *παράληψις τοῦ στεφάνου* quattuor dies celebretur, Otton Hoefer assentiri non possum, qui eam in Comyriis actam esse putat (*Roscher* III 1495), quae duorum tantum dierum fuisse supra vidimus (cf. p. 422: BCH XI 180 n. 2).

[2]) *Στεφανηφορία* in Caria permagni momenti erat, cf. Clemens Gnaedinger *De Graecorum magistratibus eponymis* diss. Argent. 1892 3 sq. 15. 16. 17. Nuper de ea paucis disseruit Ud. de Wilamowitz *Staat u. Ges. d. Griechen* 168.

[3]) Ea ex re, quod in capillorum consecratione XIV 371 n. 13 bipennis exsculpta est, etiam Iovem Panamarum aliquando ut Lydium Phrygiumque equitem bipennem gessisse non concludam; veri habeo similius aetate tam inferiore Panamarum interdum a Graecis Romanisve cum Labrayndo permixtum esse.

Πανήμερος et *Πανημέριος*. Quae cum ita sint, Iovem Panamarum a Lyciis Phrygibusve Stratoniceam translatum esse opineris. Quae opinio confirmatur nuntio Stephani Byz. s. v. *Χρυσαορίς* (i. e. Stratonicea): *Ἀπολλώνιος ἑβδόμῳ Καρικῶν „. . . καὶ πρώτη πόλις τῶν ὑπὸ Λυκίων κτισθεισῶν“* nec non a Strabone XIV 660 Stratonicenses significantur *οὐκ ὄντες τοῦ Καρικοῦ γένους*.

Iupiter Chrysaoreus.

Strabo XIV 660: *Στρατονίκεια δ'ἐστὶ κατοικία Μακεδόνων· ἐκοσμήθη δὲ καὶ αὕτη κατασκευαῖς πολυτελέσιν ὑπὸ τῶν βασιλέων. ἔστι δ'ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Στρατονικέων δύο ἱερά, ἐν μὲν Λαγίνοις τὸ τῆς Ἑκάτης ἐπιφανέστατον, . . . ἐγγὺς δὲ τῆς πόλεως τὸ τοῦ Χρυσαορέως Διὸς κοινὸν ἁπάντων Καρῶν, εἰς ὃ συνίασι θύσοντές τε καὶ βουλευσόμενοι περὶ τῶν κοινῶν· καλεῖται δὲ τὸ σύστημα αὐτῶν Χρυσαορέων, συνεστηκὸς ἐκ κωμῶν· οἱ δὲ πλείστας παρεχόμενοι κώμας προέχουσι τῇ ψήφῳ καθάπερ Κεραμιῆται· καὶ Στρατονικεῖς δὲ τοῦ συστήματος μετέχουσιν, οὐκ ὄντες τοῦ Καρικοῦ γένους, ἀλλ' ὅτι κώμας ἔχουσι τοῦ Χρυσαορικοῦ συστήματος.*

Tituli:

Omnes sunt secundi saeculi aut ineuntis tertii:

BCH 28 (04) 27 n. 6. *Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆ]μος καὶ ἡ γερουσία ἐτίμησαν τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνος . . . ἱερέα Διὸς Χρυσαορίου.*

BCH 15 (1891) 194 n. 138 v. 24: *μετὰ ἱερωσύ[νας τὰς] τελείας τῆς Ἑκάτης καὶ τοῦ Δ[ιὸς τοῦ] Χρυσαορείου.*

BCH 28 (04) 41 n. 26: *μετὰ τὰς ἱ]ερωσύνας β τελείας τῆς Ἑκάτης καὶ τοῦ [Διὸς] τοῦ Χρ[υσαορ]είου, ἃς ἐτέλεσαν ἐξ [ἐπαγγελία]ς [φιλοτείμως] καὶ μεγαλοφρόν[ως.*

BCH 12 (1888) 83 n. 8: *Μ. Σενπρώνιος Μ. υἱὸς Παλατείνᾳ Κλήμης . . . ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ Χρυσαορείου κτλ.*

l. c. 83 n. 9 . . . *ἱερατευκὼς τῷ ἑξῆς ἐνιαυτῷ τρεῖς ὁμοῦ ἱερωσύνας Διὸς Χρυσάορος καὶ Διὸς Ναράσου καὶ Διὸς Λωνδάργου.*

l. c. 86 n. 10 eundem nominat v. 15 *ἱερατευκότα ἐνὶ ἐνιαυτῷ Διὸς Χρυσαορείου, Διὸς Ναράσου, Διὸς Λωνδάργου.*

BCH 28 (04) 29 n. 11 . . . *μετὰ ἱερωσύνην τοῦ Διὸς τοῦ Χρυσάορος.*

Tituli Laginis e Triviae templo effossi:

BCH 11 (1887) 32 n. 45: *ἱερεὺς ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος . . . μετὰ ἱερωσύνην τοῦ μεγίστου Διὸς Παναμάρου, . . . καὶ ἱερωσύνην τοῦ Προπάτορος Διὸς Χρυσαορείου.*

l. c. 155 n. 60: *ἱερεὺς κατὰ πενταε[τηρίδα] ἐπανγει-[λάμενος τοῦ Διὸς] Προπάτορος μεσ[. . .*

Testimonium Alabandense. [1]

Revue ét. gr. 12 (1899) 345 sqq. a. fere 201 a. decretum Amphictionum v. 10 sqq. *Ἀγαθᾶι τύχαι· ἔδοξε τῶι κοινῶι τῶν Ἀμφικτιόνων, ἐπεὶ ἁ πόλις ἁ τῶν Ἀντιοχέων τῶν ἐκ τοῦ Χρυσαορέων ἔθνεος, συγγενὴς ἐοῦσα τῶν Ἑλλάνων . . ., δεδόχθαι ἀποκρίνασθαι αὐτῶι ὅτι τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτιόνων τὰμ μὲν πόλιν τὰν Ἀντιοχέων καὶ τὰν χώραν ἀναδεικνύει ἄσυλον καὶ ἱερὰν τοῦ Διὸς Χρυσαορέως καὶ Ἀπόλλωνος Ἰσοτίμου κτλ.*

Nummi:

Caput Iovis laur. (s. I a.):

AR: BMC 23 (XXIII 17), Wadd. 2548 (V 15), ZfN 16 (1888) 5 (I 2, rev. Trivia stans).

Æ: BMC 24 (XXIII 18) 25. 26, Mi. S. VI 481 (rev. Pegasus).

Idem (ineunt. imp. aet.):

AR: BMC 1 (XXIII 11). 2—5 (XXIII 12), IB Kl. M. 152 n. 1—4, IB M. gr. 315 n. 79—85, IB Mzkde 96 n. 1, Wadd. 2549—54, Mi. S. VI 475—77 (rev. aquila interdum faci insistens, variis signis additis).

---

[1]) Mauricius Holleaux l. c. decretum ad Alabandam spectare demonstrat, quae urbs aetate regum Syriorum *Ἀντιόχεια* nominata sit; cf. Stephanus *Ἀλάβανδα· πόλις Καρίας, ἥ ποτε Ἀντιόχεια.*

Æ: BMC 9 (XXIII 14). 10—14 (XXIII 15), Hunter 427. 1. 2, Wadd. 2563, voy. 3, Mi. III 429, S. VI 479—80 (rev. aquila).

BMC 40 (XXIV 3). 41, Wadd. 2567, Mi. III 430 s. II. p. (rev. Diana venatrix cervum necans).

Aquila in rev.: B (obv. caput Triviae).

Nomen dei in recentibus titulis Stratonicensibus *Χρυσαόρειος* est, bis quidem *Χρυσάωρ,* in decreto autem Amphictionum multo vetustiore et apud Strabonem *Χρυσαορεύς*; quam formam ex regione vel loco derivatam esse nuntio Strabonis supra allato confirmatur. Accedunt notae Stephani Byz. s. v. *Χρυσαορίς· πόλις Καρίας, ἡ ὕστερον Ἰδριὰς ὀνομασθεῖσα. Ἀπολλώνιος ἑβδόμῳ Καρικῶν „. . . καὶ πρώτη πόλις τῶν ὑπὸ Λυκίων κτισθεισῶν". τὸ ἐθνικὸν Χρυσαορεύς, ὡς αὐτὸς ἐν αὐτοῖς· „Ταυροπολῖται μὲν συνεμάχουν καὶ Πλαρασεῖς, ἔτι καὶ Χρυσαορεῖς δέ". ἔστι καὶ Χρυσαορεῖς δῆμος. Ἐπαφρόδιτος δὲ τὴν Καρίαν πᾶσαν Χρυσαορίδα λέγεσθαι*; s. v. *Ἰδριάς· πόλις Καρίας, ἡ πρότερον Χρυσαορίς· ἀπὸ Ἰδριέω παιδὸς Καρός.* Idriadem autem postea Stratoniceam nominatam esse constat etiam ex Pausania V 21. 10 . . . *Στρατονικεὺς Ἀριστέας, τὰ δὲ παλαιότερα ἥ τε χώρα καὶ ἡ πόλις ἐκαλεῖτο Χρυσαορίς.* Ea tantum re scriptores dissentiunt, quod alii nil nisi urbem ipsam, alii *τὴν χώραν,* alii totam Cariam *Χρυσαορίδα* appellatam esse dicunt. Quam ad dissensionem componendam reliqua quae vocem *Χρυσαορίδα* aut similes exhibent testimonia adiciamus:

BCH 9 (1885) 445. Sen. cons. Stratonicense a. 81 a. col. II fr. B 2. *Περὶ ὧν Στρατονικεῖ]ς ἐκ Χρυσαο[ρέων.*

LW 399 = CIG 2693 s. I. a. Titulo Mylasensi laudatur Uliades quidam . . . v. 16 *τοῦ δὲ δήμου] ἀφεσταλκότος αὐτὸν ἐκ(κ)λησιαστὴν καὶ θεωρὸν [εἰς . . . ὑπὲ]ρ τῆς πόλεως καὶ τοῦ ἔθνους τοῦ Χρυσαορέων διε . . .*

Decreto illi Amphictionum, quo Alabanda urbs *ἐκ τοῦ Χρυσαορέων ἔθνεος* et *χώρα* sancta probatur Iovis *Χρυσαορέως,* addo inscriptionem s. I. a. ante p. Chr. Alabandis compositam BCH 10 (1886) 309 n. 4: Quattuor consultis, primo atque altero

duae *συγγένειαι* Alabandenses, tertio Stratonicea, quarto alia urbs, cuius nomen evanuit, Alabandensi cuidam honores impertiunt, v. 1 . . . *ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ καλοκαγαθίας, ἣν ἔχων διατελεῖ εἴς τε τὴν συγγένειαν καὶ εἰς πάντας Χρυσαορεῖς*; cf. v. 8.

IG VII 420. Oropi in Amphiaraïo effossa s. I. a. paulo post Sullae tempora v. 40 *Οὐλιάδης Μυωνίδου Χρυσαορεὺς ἀπὸ Ἀλίνδων*; cf. O. Kern ad I. Mag. 3.

IG VII 1765 Titulus Thespiensis s. II. aut I. a. v. 19. *Οὐλιάδης Ἀρτεμισίου Χρυσαορεύς.*

CIG 2821 Titulus Aphrodisiensis aet. imp. *Αὐρηλίαν Μεσσουληΐαν Σατορνεῖναν Διονυσίου τρὶς τοῦ Διογένους Χρυσαορίδα, κτλ.* Nescio quidem an *Χρυσαορίς* in hoc titulo nomen proprium sit. Proprium legitur in n. 2847 (Aphrodisias), ubi Boeckhius certam lectionem *Χρυσάορος* perperam permutavit in *Χρυσαο[ρέω]ς*.

Tertio igitur exeunte saeculo Alabanda urbs vocatur *ἐκ τοῦ Χρυσαορέων ἔθνεος*. Eadem fere aetate Apollonius Stephano auctore narravit Tauropolitanos et Plarasenses [1]) pugnavisse una cum Chrysaorensibus i. e. Stratonicensibus. Primo saeculo a. Chr. Alindensis quidam nominatur Chrysaorensis, eodem fere tempore Strabo tradit omnes Cares cultus Iovis *Χρυσαορέως* participes fuisse, atque saeculo fere post Epaphroditus totam Cariam appellat *Χρυσαορίδα.* [2]) Maxime igitur foedus Chrysaorensium circa imperatorum aetatem ineuntem floruit. Origo autem et sedes sive nominis sive foederis *Χρυσαορέων* erant Stratonicea eiusve regio. Cuius rei testimonia sunt praeter Pausaniae et Stephani locos senatus consultum Stratonicense et titulus Mylasensis, cuius verba *ὑπὲρ τῆς πόλεως καὶ τοῦ ἔθνους τοῦ Χρυσαορέων* ad Stratoniceam spectare manifestum est, et cognomen *Προπάτωρ*

---

[1]) Ambo loca postea cum Aphrodisiade urbe confusa sunt, quae indidem Christiana aetate aliquamdiu *Σταυρόπολις* nominabatur (cf. not. LW 594).

[2]) Huc spectat etiam Porphyrii scholium in Iliad. VI 200 ed. Schrader p. 96 *Λέων δὲ ἐν τοῖς Χρυσαορικοῖς γεγράφθαι φησίν, κτλ.*; cum apud Suidam legamus s. v. *Λέων· Ἀλαβανδεύς, ῥήτωρ. ἔγραψε Καρικῶν βιβλία δ', Λυκιακὰ ἐν βιβλίοις β', κτλ.*, Leontem librum de patria sua composuisse apparet inscriptum *Χρυσαορικά.*

et maxime nomina theophora (*Χρυσάωρ*), quae in tota Caria usitata Stratoniceae saepissime occurrunt.[1])

Atqui permirum est Herodotum huius magni Carum foederis nullo loco mentionem fecisse. Sunt quidem qui contradicant[2]) proferentes illud patris historiae V 118, quo Cares Ionibus a Persis deficientibus sese coniunxisse enarrans dicit: *πυθόμενοι δὲ οἱ Κᾶρες συνελέγοντο ἐπὶ Λευκάς τε στήλας καλεομένας καὶ ποταμὸν Μαρσύην, ὃς ῥέων ἐκ τῆς Ἰδριάδος χώρης ἐς τὸν Μαίανδρον ἐκδιδοῖ. συλλεχθέντων δὲ τῶν Καρῶν ἐνθαῦτα ἐγίνοντο βουλαὶ ἄλλαι τε πολλαὶ κτλ.* At qua de causa Herodotus hoc ipso loco peridoneo foedus fanumve Chrysaorensium nullo verbo commemorat, cum alias sacrarum rerum tantum eius intersit, cum insuper paululo post, Cares clade accepta in Labrayndi delubrum confugisse referens, de hoc Iovis cultu quae cognovit effundat? Sine dubio Herodoti aetate plurimum omnium Carum valuerunt Mylasenses et in sacris et in publicis rebus — quae ceterum quod antiquissima Cariae tempora attinet separari vix possunt, cf. Theod. Schreiber, *Bemerkungen zur aeltesten Gauverfassung Kariens, Festschr. z. d. Hist. Tage* 1894 p. 37 sqq. Contra aetate Strabonis Mylasa urbem primas partes egisse haudquaquam traditur. Tum vero sedes et templum foederis omnium Carum in regione Stratonicensi fuit. Cuius rei causa a publicarum rerum commutatione repetunda est, quae praesertim ex Alexandri aetate facta erat. Saepe vetustae indigenarum urbes novis per Macedonum Syrorum aliorumve reges conditis auctoritate ac potestate superabantur. Eadem ratio erat inter Mylasa et Stratoniceam; postquam in Idriade regione, satis antiquis temporibus ab alienis advenis (Lyciis) occupata, nova urbs ab Antiocho I. tertio saeculo ineunte condita et ex eius uxore Stratonicea appellata effloruit (Droysen *Gesch. d. Hell.* III 2^2 281, cf. supra p. 413), Mylasorum gloria eo

---

[1]) Nuper congesta sunt ab Ernesto Sittig *De Graecorum nom. theoph.* Diss. Hal. 20 (1911) 17, addo BCH 28 (04) 351 n. 6 (Panamara). Inter hos viginti septem homines ex deo nominatos inveniuntur — qui quidem certae patriae sunt — septendecim Stratonicenses sive Panamarenses sive Laginenses! Ceterorum patria aut Aphrodisias aut Iasus aut regio Cariae finitima est aut ignota.

[2]) H. Stein et C. Abicht editt. Herodoti ll. cc.

celerius obscurata est, quod anno fere 367 Hecatomnus sedem regum Mylasis Halicarnassum transtulerat (cf. Hicks JHS 11 (1890) 117 sqq.). Atque ex illo tempore *σύστημα Χρυσαορικόν* magis magisque viguisse et Augusti aetate summam vim assecutum esse confirmaverim, unde etiam diversae auctorum sententiae de Chrysaoride prolatae intellegi posse videntur. Antiquioribus temporibus *Χρυσαορίς* parva vicorum Caricorum regio erat, cui longinquiores foedere adiungebantur. Chrysaorida primum regionem, non oppidum fuisse iam forma nominis probatur, cui respondent voces Sciritis, Pedasis, Cibyratis, Abbaïtis aliae multae.[1]) Sed cum postea illorum vicorum confusione aut in eorum regione urbs Stratonicea conderetur — respicias vocem *Στρατονικεῖς ἐκ Χρυσαορέων* —, fieri potuit, ut urbs ipsa nominaretur *Χρυσαορίς*. Illud autem Caricum Chrysaorensium foedus a novis advenis incolisve nequaquam dissolutum est, immo Graeca urbe corroboratum etiam magis effloruit et imperatorum aetate ineunte aliquamdiu totam Cariam comprehendit.[2])

Cum Chrysaoride autem arte connexus quin etiam ex ea appellatus est Iupiter *Χρυσαορεύς*; patronus regionis et societatis Chrysaorensium est. Quae res etsi tam aperta, tamen a viris doctis aut neglegi aut praetermitti solet. Iovem ,*Χρυσάορα*' — ex hac nominis forma illi exordium tractationis capiunt — deum ,aureo gladio[3]) vel telo praeditum' vertunt. Quod telum nil nisi bipennem Labrayndi et vocem *Χρυσάορα* nomen

---

[1]) Nescio an itidem intelligenda sit *Ἰδριάς*, cui conferas nomina *Τρωάς*, *Μιλυάς* alia. Neque Idriadem neque Chrysaoridem oppida fuisse etiam inde apparet, quod neutra nummos excudit; cf. Droysen l. c.

[2]) Aliorum foederum Caricorum exempla sunt *κοινὸν Παναμαρέων*, *κοινὸν Ταρμιανῶν* (BCH 10 (1886) 486 sqq. = AM 11 (1886) 203. 326 sq., cf. Th. Mommsen, Herm. 26 (1891) 146 sqq.) = *Ges. Schriften* V 514 sqq., *κοινὸν Τελμισσέων* (vide supra p. 404); addendae videntur *Πηδασίς* (Strab. XIII 611, cf. Her. I 175. VIII 104), *αἱ ἐν Εὐρώμῳ πόλεις* (Polyb. XXX 5. 11) sive „Euromensium oppida“ (Liv. XXXXV 25. 11), *Σκιρῖτις* (Steph. s. v.).

[3]) Phil. Le Bas (ad LW 415) eum cum Iove Carico confundit: *car Chrysaorius est synonyme de Carien; son symbole était une épée, comme son nom l'indique, et comme le prouvent les monnaies autonomes de Stratonicée.* Iovem Caricum supra Panamarum cognovimus. Gladius autem, quem Le Bas in nummis conspicere sibi visus est, fax Triviae est.

Labrayndi Graeca lingua male versum esse primus coniecit Paulus Kretschmer *Einl.* 305. Omnes fere viri docti hanc coniecturam probaverunt.[1]) At quo iure *Χρυσάωρ* vertitur „bipennifer“? Varii dei a Graecis illo cognomine ornati sunt (cf. O. Jessen PW III 2484 n. 3), neque vero uno loco id aliter vertere cogimur atque ‚gladium aureum gerens‘ (de Apolline et Diana Chrysaore vide Jessen l. c., de Cerere Chrysaore v. Otto Kern PW IV 2712. 2750). Recentes demum auctores voce *ἄορ* aliud significari probant atque gladium.

Si re vera vox *Χρυσάωρ* ad nomen Labrayndi vertendum adhibita esset, Iupiter Mylasensis aut antiquitus in Stratonicensi regione cultus a Graecis demum alio nomine appellatus esset, aut omnino non prius quam Graeca aetate mutato nomine per Stratonicenses susceptus esset. Sit altera opinio vera, cur nullum tot Mylasensium Labrayndi testimoniorum praebet nomen *Χρυσαορεύς*? Sin autem deus Labrayndensis nomine tantum permutato Mylasis translatus sit, intellegere nequeo, quomodo novo nomine praeditus tantam sibi auctoritatem assecuturus fuerit, praesertim cum Iupiter Labrayndus usque ad recentissima tempora vetustam sibi gloriam et venerationem conservaverit. Sed quid multum? Iupiter bipennifer etiam Stratoniceae nominatus est *Λαβράυνδος* (vide p. 358). Chrysaorei autem monumenta signo Labrayndi carent. Insuper vetustum et verum dei nomen est *Χρυσαορεύς*, nec *Χρυσάωρ* nec *Χρυσαόριος*. *Χρυσαορεύς* autem a regione Chrysaoride derivatum esse iam e forma cognoscimus. Sed graecum verbum *ἄορ* a vocabulo *Χρυσαορίς* omnino secernendum habeo. Compares potius nomen parvi Lydii fluminis *Χρυσαόρας* — ex hac recta forma nominis recentior demum *Χρυσόρροας* depravata est, cf. Bürchner PW s. v. —; qui ceterum cum Eduardo Meyer vocabulum *χρυσός* Asiaticae linguae attribuit (G. d. A. I 2² 627), non impeditur, ne vocem *Χρυσαορίς* omnino Caricam habeat.[2]) Utut est, Iupiter Chrysaoreus nil nisi patronus Chrysaoridis erat; postea quidem Graecos ex eo Chrysaorem ut proavum Chrysaorensium derivasse quis miretur?

---

[1]) Gruppe 263. 1213 not. 7, Overbeck *Kunstm. d. Zeus* 269 sq., Preller-Robert 141, Otto Jessen PW 2484, Bürchner l. c. 2485, alii.

[2]) Spectat, ni fallor, ad regionis fertilitatem, quam vernacula lingua indicamus nominibus *Goldene Aue, Güldenboden.*

Genealogica autem fabula a Stephano Byzantio nobis tradita [1]) eo videlicet consilio efficta est, ut Stratonicenses, simulac principatum prius a Mylasensibus obtentum sibi comparassent, has novas res consanguinitate proavorum heroumque eponymorum comprobarent. Itaque Chrysaor pater Mylasi factus est. [2])

Sed etiam nummi ad nostram quaestionem diiudicandam respiciendi sunt, cum imaginem Iovis Chrysaorei nummis urbis Stratoniceae ut illius foederis capitis incisam esse iure opinemur. Nummos urbis perlustrantes Panamaro excepto unum modo genus aptum cognoscimus; cuius exempla huic tractationi praeposui (p. 430 sq.). Panamarus ut „eques deus" ab horum nummorum typo alienus est. Quem autem praeter illum Stratonicenses nummis suis effingerent nisi Iovem Chrysaoreum? Nam duo illi dei longe diligentissima veneratione ibi colebantur. Accedit, quod nummi omnes fere primo saeculo ante aut post Chr. excusi sunt (cf. F. Imhoof-Blumer *Kleinas. M.* 155) i. e. ea aetate, qua foedus Chrysaorensium ex inscriptionum et auctorum testimonio maxime vigebat. Itaque illas nummorum effigies ad Iovem Chrysaoreum referre vix dubitabimus. Quam coniecturam iam Barclayus Head (BMC Caria p. XLV, cf. p. LXIX) testimonio aliorum nummorum comprobavit. Strabo l. c. enarrat *οἱ δὲ πλείστας παρεχόμενοι κώμας* (scil. *τῶν Χρυσαορέων*) *προέχουσι τῇ ψήφῳ καθάπερ Κεραμιῆται.* Unde etiam in eius urbis nummis illam Iovis imaginem reperiri posse existimaveris. Et exstant eiusdem aetatis nummi Ceramenses, quorum et obversas et reversas partes mero casu Stratonicensium simillimas esse vix quisquam credat:

---

[1]) *Μύλασα· πόλις Καρίας, ἀπὸ Μυλάσου τοῦ Χρυσάορος τοῦ Γλαύκου τοῦ Σισύφου τοῦ Αἰόλου.*

[2]) Nihilosetius Chrysaor Caricum numen erat. Etiam Chrysaorem in Hesiodi theogonia commemoratum (v. 280 sqq.) Caricum habere nil dubito. Chrysaoris nec non Pegasi versus eiusdemmodi atque Triviae hymnus (411—452), sive ab Hesiodo sive recentiore demum aetate theogoniae inserti sunt, ad Asiaticam religionem spectant. Chrysaor quam non Graecae fabulae figura fuerit, vel inde apparet, quod nullum eius facinus narratum, nullo in monumento ipse effictus est; cum Pegaso primum Stratoniceae coniunctus esse videtur (cf. nummos et fabulam Stephani). Postea demum Graeci nomen Chrysaoris ad suam linguam interpretati suis ipsorum deis imponebant.

Caput Iovis laur.:

AR: BMC 1 (XII 8), Wadd. 2293, RN 1902. 74 n. 60 (IV 2), Mi. III 200 (rev. aquila!).

Æ: BMC 2 (XII 9). 3 (XII 10), IB Kl. M. 138 n. 1 (V 13), Wadd. 2294/5, Mi. III 201 (rev. aquila), Mi. S. VI 205 (rev. clava), IB Mzkde 92 n. 1, Wadd. 2296 (Nero).

Quibus ex imaginibus etiam totam Iovis figuram nummis impressam cognoscimus:

1. Deus pallio indutus ad s. stat cum patera et sceptro, cui insidet aquila; etiam pedibus aquila adstat:

BMC 7 (XII 12), ZfN 2 (1875) 109 n. 2, Mi. S. VI 209 (Ant.), similis est nummus IB Kl. M. 139 n. 4 (Carac.).

2. Deus similis s. sceptrum tenens, d. hastam barbari numinis bipenniferi comprendit, (cf. p. 365):

ZfN 2 (1875) 111 n. 3 (Comm.), ZfN 7 (1880) 26, Wadd. 2299 (Carac.).

Deus numini bipennifero associatus iam a Iulio Friedlaender ZfN 2 l. c. recte Chrysaoreus nominatus est. Effigies nummorum manifeste indicat, quomodo vetustus indigenarum cultus cum recentiore Chrysaorei coniunctus et consociatus sit. Iupiter autem Chrysaoreus, si quidem eum recte cognovimus, etsi Graeco modo vestitus Graecisque signis ornatus, tamen habitu suo aliquid barbari conservasse mihi videtur.

Quod ceterum Apollonio Aphrodisiensi auctore (apud Steph. Byz., supra p. 431) etiam Plarasenses et Tauropolitani socii Chrysaorensium erant, nescio an huc spectet aquila compluribus Plarasensium et Aphrodisiensium nummis impressa (vide infra p. 449 sq.)

Ad hunc igitur finem tractationem deduximus: antiquitus Iupiter Chrysaoreus veneratione sua coniunxit parvum vicorum foedus *Χρυσαορίς* nominatum, qua ex regione appellatus erat et in qua postea Stratonicea urbs condita est (cf. P. de Lagarde *Ges. Abh.* (1886) 268 c. not. 4, Georgius Meyer BB 10 (1886) 155). Nova autem urbs principatum illius foederis assecuta est, et quanto accrescebatur potentia et urbis et *συστήματος Χρυσαορικοῦ,* tanto augebantur veneratio et auctoritas Iovis Chrysaorei.

Iupiter Londargus et Iupiter Narasus:

BCH 12 (1888) 83 n. 8 saec. II exeunt. aut III ineunt. *Μ. Σενπρώνιος Μ. υἱὸς Παλατείνα̨ Κλήμης ἱερεὺς τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου Διὸς Παναμάρου καὶ ἀρχιερεὺς καὶ στεφανηφόρος καὶ ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ Χρυσαορείου καὶ τοῦ Διὸς τοῦ Ναράσου καὶ τοῦ Διὸς τοῦ Λωνδάργου, ὁμόσε τὰς τρεῖς ἱερωσύνας τῷ ἑνὶ ἐνιαυτῷ τ[ελέ]σας . . .*

l. c. n. 9 et n. 10 vide p. 429.

BCH 28 (04) 27 n. 6. *Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆ]μος καὶ ἡ γερουσία ἐτί[μησαν τὸν δεῖνα τοῦ δεῖνος . . .] ἱερέα Διὸς Χρυσαορίου, ἱερέα Δι[ὸς Λωνδάργου, ἱ]ερέα Διὸς Ναράσου, ἱερέα Δι[ὸς . . .*

Ambo numina non nisi una cum Iove Chrysaoreo nominantur, quocum aliqua ratione non iam aperta connexi fuisse videntur. *Νάρασα* fons, quem Paton et Myres prope Mylasa invenerunt, ab huius cultus loco longius abest, quam quem cum Iove Naraso coniungamus. Dubitans afferam illud Stephani *Νάκρασα· πόλις καὶ δῆμος Καρίας*. Iupiter Londargus ad pagum *Λωνδαργέων* spectat, qui in titulis BCH 11 (1887) 24 sq. n. 34. 35 nec non 28 (04) 325 n. 7 nominatus est. Unde veri est simillimum et Iovem Londargum et Iovem Narasum patronos fuisse pagorum, qui postea urbe Stratonicea comprehenderentur. Quam ob causam etiam cum Iove Chrysaoreo sacerdotio coniungebantur, cuius ille quidem principatum obtinuit.

Iupiter Cannocus:

BCH 12 (1888) 261 n. 47 s. II. p. Titulus Panamaris inventus: *Διὶ Καννώκῳ καὶ Ἥρα̨ καὶ Νείκῃ ἱερεὺς διὰ γένους Τιβ. Φλ. Στρατοκλέους υἱὸς Μένανδρος Κο.*

l. c. 262 n. 48 itidem incipitur.

Etiam *Κάννωκος* cum loco quodam Carico sive tribu sive pago coniungendus videtur, praesertim cum similia locorum Caricorum nomina nota sint ut *Κοδούωκα* (Olymus LW 337/8) *Ἁρμοκόδωκα* (Mylasa BCH 5 (1881) 109 v. 10). Iupiter *Κάννωκος* ita ut Panamarus cum numine femineo a Graecis *Ἥρα* appellato consociatus est.

Iupiter Ardyreus:

BCH 14 (1890) 364 n. 2. Titulus incertae aetatis Laginis effossus: *Ὁ δῆμος Διὶ Ἀρδυρεῖ χαριστήριον.*

Locorum nomina in *-υρα* excidentia in tota Asia Minore inveniuntur; habeas exempla *Λίμυρα* Lyciae, *Κίμυρα Τίμυρα* Pisidiae, *Ἄγκυρα* Galatiae, *Ἄστυρα* Mysiae, *Θεμίσκυρα* Ponti. Eratne igitur „*δῆμος*“ *Ἄρδυρα* nominatus, qui Iovi *Ἀρδυρεῖ* titulum illum consecravit?

Iupiter *Κτήσιος*:

BCH 12 (1888) 269 n. 54 s. II. p. Titulus Panamaris promptus: *Τύχῃ πατρίδος καὶ Δήμητρι Ναρυανδίδι καὶ ... καὶ τοῖς ἐνοικιδίοις θεοῖς Διὶ Κτησίῳ καὶ Τύχῃ καὶ Ἀσκληπιῷ.*

Cf. M. P. Nilsson AM 33 (08) 279 sqq. et supra p. 409. 410.

Iupiter Summus:

LW 515. *Διὶ ὑψίστῳ καὶ ἀγαθῷ ἀνγέλῳ Κλαύδιος Ἀχιλλεύς* ...

BCH 5 (1881) 182 n. 3. *Διὶ ὑψίστῳ καὶ θείῳ ἀγγέλῳ Νέων καὶ Εὐφροσύνη ὑπὲρ τῶν ἰδίων.*

BCH 15 (1891) 418 n. 1 titulus ab urbe paululum ablatus: *Δ]ιὶ ὑψίστ[ῳ] καὶ θείῳ Εὐτύχης καὶ Σ[υν]φιλοῦσα* ...

BCH 11 (1887) 159 n. 67. Titulus Laginensis: *Διὶ ὑψίστῳ καὶ θειωτ[άτῳ?* aut *θείῳ [ἀγγέλῳ?*

BCH 5 (1881) n. 4. *Ὑψίστῳ*[1]) *καὶ θείῳ Φρόνιμος καὶ Πειθὼ καὶ ὑπὲρ τῶν ἰδίων χαριστήριον.*

BCH 12 (1888) 271 n. 57. Titulus Panamarensis: *Ὑψίστῳ καὶ Ἑκάτῃ Σω[τείρᾳ κ]αὶ Διὶ Καπε[τωλίῳ*[2]) *κ]αὶ Τύχῃ τοῦ μ[εγίστου Αὐτ]οκράτορος Κα[ίσαρος Τίτου] Αἰλίου Ἁδριανοῦ [Ἀντωνίνου] Σεβασστοῦ* (sic) ...

---

[1]) Vocabulum *Διὶ* ab editoribus suppletum in titulo nunquam exstitit.

[2]) Cetera Iovis Capitolini testimonia sunt BCH 12 (88) 88 n. 11, 272 n. 58. 59.

Omnes tituli Antoninorum fere aetate consecrati sunt, cf. Keil et de Premerstein *Ber. über eine 2. Reise in Lydien* (1911) 28 sq. n. 18.

Veteres Graeci nominibus *ὕπατος* vel *ὕψιστος* praestantissimum caeli deum summos montes arcesque oppidorum obtinentem invocabant, aut omnino deum, penes quem summa maiestas et potestas erant.[1]) Postea autem id cognomen eo usitatius fuit, quod studio favebat, quo omnes naturae caelique vires ad unum deum deferebantur. Cuius studii causae cum e Graecorum philosophia tum ex Asiae populorum religionibus repetendae sunt. Unde percipitur Graecos illa ipsa voce etiam barbaros deos posteriore aevo undique ad eos translatos significasse ut Iudaïcum et praecipue Syrium deum (cf. Fridericus Baethgen *Beiträge zur semit. Religionsgesch.* (1888) 82 sq., Drexler, *Roscher* I 2856 sqq.), quem Romani appellarent „Summum exsuperantissimum" (cf. Fr. Cumont ARW 9 (1906) 323 sq., Comptes rendus de l'acad. des inscr. 1906 p. 65, idem *Die orient. Rel.* 150). Externae demum religiones Graecis Romanisque numen „omnipotens" importaverunt, cui illi cognomina *ὕψιστος, μέγιστος, ὕπατος* dabant. Qua cum re concinit, quod omnia fere *Διὸς Ὑψίστου* vel *Ὑψίστου* testimonia, quae quidem huc spectant, imperatorum demum aetati tribuenda sunt. Quam non Graeci illo verbo suum ipsorum Iovem Graecum significaverint, iam inde elucet, quod in nonnullis titulis nomen *Διός* omnino abest (cf. Pisye supra p. 412). Etiam cognomen *θεῖος* illi numini datum est maiestatis eius plane significandae et exhauriendae causa. Cum Iove Summo autem coniunctus est *ἀγαθός* sive *θεῖος ἄγγελος*. Cui numini viri docti cognomen *ἄγγελος* comparaverunt, quo a Syracusanis Diana-Trivia invocabatur (Hesych. s. v. *ἄγγελον*), nam Stratonicenses, qui praeter Iovem Panamarum imprimis Triviam Laginensem venerati essent, illud cognomen a Trivia ad Iovem detulisse. Equidem assentiri non possum. Neque enim illud Triviae cognomen extra Syracusas aliis nedum Stratonicensibus testimoniis confirmatur, neque Iovi Panamaro

---

[1]) Cf. Preller-Robert 116 not. 11, Gruppe 1103. 2, Ramsay *Cities* 33 not., Usener *Götternamen* 50. 343, BCH 23 (1899) 593, E. Schürer SB Berlin 1897. 209 sqq.

attributum est sed *Ὑψίστῳ*; insuper *ἄγγελος* Stratoniceae minus cognomen quam deus sui ipsius iuris fuit. Ioannes Achelis testimonia *Ἀγγέλου* et *Εὐαγγέλου* in maris Aegaei insulis vel in Thessalia reperta Christianae religioni cum Graecorum et Iudaeorum permixtae attribuit (Zeitschr. f. d. neutest. Wiss. 1 (1900) 87 sqq.), quam contra opinionem Alb. Dieterich ibid. 336 sqq. = *Kl. Schriften* 193 sqq. recte admonuit iam Hermannum Usener *Göttern.* 268 sqq. et in Graecia et in Asia Minore vestigia numinis *Εὐαγγέλου* indagasse. Atque ad illum deum heroemve a Caribus Pixodarum (?), a Ionibus postea Euangelum nominatum (Vitruv. X 7) etiam titulos Stratonicenses referendos habeo. *Ἀγαθὸς ἄγγελος* cum summo deo coniunctus est, quasi ut hominibus gratiam summi dei conciliet. Cui associationi compares Iovem *Εὐαγγέλιον* apud Aelium Aristidem II p. 469. 1 (Keil) commemoratum.[1]

Iupiter Sarapis:

Titulus LW 519/20 = CIG 2715 a/b (supra p. 415) incisus est *ἐν τῷ προνάῳ τοῦ Σεραπίου.*

LW 518 = CIG 2717, LW 516 = CIG 2716: vide supra p. 415 sq.

BCH 11 (1887) 389 n. 6: vide p. 428 sq., ubi etiam de Panamari et Sarapidis consociatione actum est.

Varia et incerta:

Tituli:

BCH 14 (1890) 366 n. 6 aet. imp. *Ἱερεὺς Ἰασίων Ὀρθωσίου Κολιοργεὺς ΑΒΕΡΣΙ.*

Coniecturae editoris, qui obscura voce Caricum numen significatum esse putat, testimonium afferre non possum.

LW 539 titulus Laginensis: *μετὰ ἱερωσ]ύνην Διὸς τ[οῦ* ... Fallit me, qua de causa editores suppleverint *ε]ὐνὴν Διός.*

---

[1]) Respicias etiam titulum CIL XIV 24 (ca. 176—180) „I(ovi) O(ptimo) M(aximo) Angelo Heliop(olitano) pro salute imperator(um) Antonini et Commodi Augg. Gaionas d. d.“; cf. G. Wolff Arch. Ztg. 25 (1867) 55 et Guil. Henzen Annali 38 (1866) 134 sqq.

LW 514 = CIG 2722. Acrostichon Menippi finitur versibus:

Ὑπερτάτοις γὰρ ἡμῶν εὐχὴν Ἥρῃ καὶ Διὶ,
Ῥέμβην ὁδῷ περάσας τὴν ἐτησίαν, χάριν
Εὐδαιμονήσας δέλτον ἀνατιθῶ θε[οῖς.

Errorem, quo in verbis vocem *Διὶ* subsequentibus novum Iovis cognomen intellegebatur, correxit Guil. Froehner Rh. M. 47 (1892) 301 sq.; *ὑπέρτατοι θεοὶ Ἥρα καὶ Ζεὺς* sine dubio sunt Iuno *Τελεία* et Iupiter Panamarus.

Nummi imperatorum aetate excusi:

Iupiter *νικηφόρος* ad s. sedet cum sceptro.

in obv.: IB Kl. M. 155 n. 9 (rev. Fortuna).

in rev.: Wadd. 2576 (Comm.), BMC 51 (XXIV 6), IB Mzkde 99 n. 8 (Sept.).

Iupiter (?) sedens et casside indutus s. sceptrum tenet, d. porrecta Minervam armatam; post sellam clipeus conspicitur:

BMC 60 (Iul. Domna).

Iupiter sedens cum patera et sceptro:

Mi. III 438 (Trai.), BMC 72 (XXIV 11), B Löbb. 06 (Sev. Al.), Wadd. 2592 (Gord. P.), 2593, Mi. III 456 (Val. mai.)

Iupiter (?) [1]) stans cum sceptro patera aquila:

Mi. III 448 (Iul. Domna).

Alinda.

De Iove bipennifero vide supra p. 367.

Iupiter *Σωτήρ*:

JHS 16 (1896) 242 n. 39 s. II. p. In basi marmorea legitur: *Διὸς Σωτῆρος.*

De hoc Iove supra disseruimus p. 410; cf. etiam p. 464.

Nummi:

Iupiter ad s. stat cum patera et sceptro: IB Kl. M. 107 n. 5, Wadd. 2133 (M. Aur.).

---

[1]) Figuram non Iovem sed Triviam esse opinor similem nummi BMC 61 (Iul. Domna).

Iupiter (?) tunica et pallio indutus ad s. versus d. erigit, s. tunica abdit: BMC 16, Mi. S. VI 52 (Sept.).

Caput Iovis laur.: Mi. III 45, B Prokesch 1875 (rev. dea), Wadd. 2119 (rev. fulmen).

Fulmen alatum: BMC 8 (II 10), Mi. S. VI 46, B Löbb. 06 (obv. caput iuvenis laur.).

Sarapis et Isis stantes: Wadd. 2132 (M. Aur. (?), cf. BMC 15.

Caput Sarapidis et Isidis (?): Mi. III 52 (Faust.).

Alabanda.

De Iove bipennifero vide p. 367; de Chrysaoreo p. 430.

Nummi:

Iupiter nudus ad s. stat d. fulmen, s. sceptrum tenens: IB Kl. M. 106 n. 10 (IV 2, obv.: caput Iovis aut Populi).

Idem cum aquila, non fulmine: BMC 33, Mi. III 31, S. VI 31. 32, B Löbb. 06 (Sept.).

Idem iuxta basin stat, cui ulula insidet: Mi. S. VI 30 (Sept.), cf. Mi. III 41 (Maximus).

Iupiter ad d. sedet cum sceptro et fulmine: BMC 31 (II 5), Mi. III 27 (Vesp.); cf. Wadd. 2116, Mi. III 39 (Carac.).

Caput Iovis: *ZEYC ЄΠIKOYPOC* (sic): NZ 16 (1884) 267 n. 92 (rev. figura cum patera et ramo).

De cognomine *Ἐπικούριος* vide O. Jessen PW s. v.

Idem laur.: B Löbb. s. II. ineuntis a. Chr. (rev. taurus gibber).

Aquila: IB Kl. M. 105 n. 5 (IV 1), BMC 24 (obv. laurea), Mi. III 11 (obv. Pegasus), Wadd. 2097/8 (obv. caput Apollinis).

Aquila in fulmine: Mi. S. VI 14 (obv. Senatus).

Fulmen alatum: Mi. III 9, S. VI 8 (obv. Diana), Mi. S. VI 14 (obv. Senatus).

Orthosia.

De Iove bipennifero vide p. 369.

Nummi:

Iupiter stans *ZEVC VΠATOC*: Wadd. 2518 (rev. Populus), 2522 (Comm.).

Iupiter aquilifer cum hasta stans: Mi. III 460 (Aug.).

Iupiter ad s. stans cum sceptro et fulmine: BMC 8. 9. 10 (XXIII 7, obv. Senatus), BMC 11 (Vesp.), Mi. l. c. 465 (Domit.).

Iupiter *νικηφόρος*: NZ 1884. 271 n. 98 (obv. caput Dianae).

Caput Iovis laur. (s. II/I a.): BMC 1 (XXIII 3, Minerva), IB M. gr. 314. 74 (rev. hedera), 75 (pilei ac stellae Dioscurorum).

Aquila in basi: Mi. III 411 (caput fem.).

Harpasa.

Nummi:

Iupiter *νικηφόρος*: RN 1893. 456 (X 6, Domit), Mi. III 274 (Ant.). 275 (Sept.), BMC 11 (Car.), 13 (Gord. P.).

Iupiter sedens cum patera hasta aquila: M. S. VI 331 (Gord. P.).

Caput Iovis laur. (s. II. a.):

AR: Wadd. 2391 (rev. aquila et stella).

Æ: BMC 1 (XIX 5), IB Kl. M. 131 n. 3. 4, Wadd. 2392 (rev. Apollo citharoedus). IB Kl. M. 130/1 n. 1. 2 (rev. Diana venatrix).

Caput Sarapidis: BMC 6 (rev. Bacchus).

Neapolis ad Harpasum.

Iupiter vestitus cum sceptro et aquila stat ante aram et figuram femineam (*Βουλή*?): IB Kl. M. 148 n. 5 (Gord. P.).

Caput Iovis laur. [1]) (s. I. a.).:

Num. Chron. 1903. 400 (rev. aquila fulmini insistens), IB Kl. M. 147 n. 1, NZ 16 (1884) 270 n. 96 (Diana venatrix).

---

[1]) Idem caput nummis Harpasensibus incusum est, cum reversa effigies (aquila) in Plarasensibus aeribus conspiciatur. Cum Harpasensibus Neapolitani etiam figuram Minervae (BMC 141 n. 1—3) nec non Dianae Ephesiae (IB Kl. M. 148 n. 4, BMC 113 n. 2. 3) communicant, insuper etiam nummos *Ὁμονοίας*.

Hyllarima.

Steph. *Ὑλλάριμα· πολίχνιον Καρίας ὕπερθε Στρατονικείας*. R. Paton et L. Myres (JHS 16 (1896) 242, cf. tab. X) oppidulum repperisse sibi videntur prope vicum Turcicum Kapraklar-Mesevle ad flumen, quod hodie vocatur Mesevle-Tschai quodque a dextro latere in Marsyam effunditur. Plurimi viri docti sententiae illorum accesserunt praecipue testimonio tituli insequentis nisi (cf. R. Kiepert FOA VIII 7).

Iupiter Hyllus:

SB Berlin 1894. 918. Titulus duobus epistyliis insculptus; pars 1. = LW 1583, pars 2. = BCH 18 (1894) 41. *Αὐτοκράτορι Καίσαρι Ἀδριανῷ [Ἀντω]νίνῳ Σεβαστῷ καὶ Δ ι ὶ Ὕ λ λ ῳ καὶ τῇ πατρίδι . . . ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα τὸ πρόναον . . . ἀνέθεσαν.*

Cognomen Iovis Stephanus nobis interpretatur s. v. *Ὑλλούαλα· δῆμος Καρίας. Ἀπολλώνιος ε΄ Καρικῶν „Κᾶρες δὲ τὸν τόπον ἐκεῖνον, ἔνθα Ὕ λ λ ο ς ἀπώλετο, Ὑλλούαλαν ὠνόμασαν καὶ ἕδος ἐνταῦθα ἐδείμαντο Ἀπόλλωνος. καὶ νῦν ἔτι παρὰ τὸν θεὸν δῆμός ἐστι Ὑλλούαλα λεγόμενος". ἄλα γὰρ οἱ Κᾶρες τὸν ἵππον ἔλεγον ὡς καὶ πρότερον εἴρηται* (cf. s. v. *Ἀλάβανδα* et Ioa. Geffcken *De Stephano Byzantio capita duo* diss. Gott. (1886) 42 sq.). Praeterea autem Hyllus, fluvius Lydiae, notus est, qui Pausania auctore I 35. 8 filius Telluris et ex quo filius Herculis nominatus esse putabatur (cf. Philostr. heroic. 289. 36, schol. Stat. Theb. VIII 507; Drexler PW s. v.). Mihi quidem Hyllus, qui ad Iovem Caricum spectat, antiquus Carum Lydorumque heros fuisse videtur, qui apud Hyllarimenses ut proavus adeo in honore habebatur, ut Graeci eum Iovem appellarent.

Hydisus.

De ambiguo huius loci situ egerunt B. V. Head BMC Caria p. LVIII, F. Imhoof-Bl. Kl. M. 135, R. Kiepert FOA VIII 7.

Iupiter Ἄρειος:

Nummi:

Deus brevi tunica pallio casside indutus ad d. stat s. scutum tenens, d. surrecta hastam[1]) vibrans adstante aquila; adscriptum est *ΖΕVC ΑΡΕΙΟC*:

Mi. III 291 (Hadr.), cf. Streber Acta ac. Monac. 1835. 232 sqq. (IV 5).

Idem sine nomine et aquila: BMC 1 (XX 12). 2, cf. Wadd. 2430, Num. chron. (1896) 95 n. 16 (VII 12, obv. caput Minervae); IB Mzkde 90 n. 3 (Domit.).

Caput Iovis Ἀρείου, casside ornatum:

AR: Warren 1173 (rev. fulmen).

Æ: IB Kl. M. 134. 2, Num. chron. 1903. 335 n. 26 (XI 9), RN 1902. 77 n. 64/5 (IV 5/6, aquila fulmini insistens), IB Mzkde 90 n. 2, Kl. M. 134. 1 (V 7), Wadd. 2429 (Pegasus).

Caput Iovis laur.: IB Mzkde 90 n. 1, Num. chron. 18 (1898) 114 n. 28 (Minerva).

Aquila fulmini insistens: vide supra.

Omnes videlicet nummorum imagines — fortasse praeter capitis laureati — ad Iovem Ἀρεῖον spectant. Quae deorum cognominandorum ratio imprimis advenarum est, qui barbara numina suis assimulare et comparare student sed eorum naturam uno suorum nomine comprehendere non possunt.[2]) Quod ad Iovem Ἀρεῖον attinet, cui Pausania auctore (V 14. 6) Oenomaus immolabat cuiusque aram Olympiae etiam Vulcano attributam esse periegeta narrat, recte iudicasse mihi videtur Otto Jessen PW II 1. 624; cum alii mythographi (Diod. IV 73. 4, cf. amphoram Ruvensem, Roscher III 1. 775) Oenomaum Iovi sacrificantem finxissent alii (Philostr. min. imagg. 9) Marti patri, Pausanias eiusve auctor duabus versionibus contaminatis scripsit Iovi

---

[1]) Quem nummum adhuc Iaso attributum Hydisi excusum esse cognovit Imhoof-Blumer *Münzkunde* 91.

[2]) Cf. Iovem *Ὀσογῶα Ζηνοποσειδῶνα.* Aliud est deum ex uxore denominari ut Iovem *Ἡραῖον* (Leges Gr. sacrae, edd. Io. de Prott et L. Ziehen 1 sqq. et 45).

Ἀρείῳ.[1]) Sed Plut. Pyrrh. 5 narrat reges Epirotarum Passarone cum populo se coniunxisse iure iurando per Iovem *Ἀρεῖον* iurato. Plutarchus quoque illa voce indigenam deum significare mihi videtur duplici natura praeditum itidem atque Hydisensem, quocum illum ullo vinculo connexum esse negaverim. Bellicosa autem Iovis *Ἀρείου* Hydisensis natura, quae cognomine et nummis probatur, admonemur Iovis *Στρατίου*, neque omnino refelli potest Iovem *Ἀρεῖον* fortasse quondam illi i. e. Iovi Labrayndo successisse; rursus moneam Iovis Solymei aut Solymi herois, qui modo Iovis (schol. Od. V 283) modo Martis (Et. M. s. v. *Σόλυμοι*) filius nominatur (cf. supra p. 357 not. 5).

Cys.

De huius loci situ et de Iove bipennifero istic culto vide p. 366.

Iupiter Liberator:

BCH 11 (1887) 306 n. 1 a. 52. p. v. 5 *ὁ ἐνεστὼς στεφανηφόρος καὶ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ καὶ ἀρχηγέτου τῆς πόλεως Διὸς Ἐλευθερίου, . . .*

Imperatori nomen et cognomen dei data sunt; nam si duorum deorum Augusti et Iovis sacerdotia significarentur, certe ante ἀρχηγέτου articulus repetendus fuit Dittenberger ad OGI 457; nuper Fridericus Blumenthal, Arch. f. Papyrusf. 5 (1911) 329 sqq. Augustum in cultu libenter Iovis *Ἐλευθερίου* cognomen sibi vindicasse demonstravit.

Nummus (s. I a., cf. Head HN² 617):

Caput Iovis laur.: Mi. S. VI 259 (rev. aquila in corona).

Aquila: supra et l. c. 260 (obv. caput Dianae).

Tabae.

Parietinae in vico Turcico Davas exstant, cf. B. Head BMC Caria p. LXXIV sq.

---

[1]) Quod ceterum in nonnullis vasis rex ante Dianae statuam sacrificat (Roscher l. c. 779/80), haudquaquam certum numen traditum esse apparet.

Nummi:

Caput Iovis cum taenia aut laurea (aet. imp.):

AR: BMC 20 (XXV 8),[1]) Wadd. 2597, B Imhoof 1900 (rev.: Iupiter nudus fulminans). BMC 19, NZ 16 (1884) 271 n. 100/1 (rev.: Diana cum face arcu pharetra). B Imhoof 1900, Prokesch 1875 (rev. Diana Ephesia); cf. Mi. III 459.

Caput Iovis laur.: s. I. a.

Æ: BMC 2 (XXV 2), Hunter 428. 1, Mi. S. VI 517 (rev.: caduceus inter pileos stellasque Dioscurorum), BMC 3. 4 (XXV 3). 5—12, Hunter 428. 2. 3, IB Kl. M. 158. 8—10, Wadd. 2610—14, Mi. S. VI 510—17 (rev. pilei ac stellae Dioscurorum), Wadd. 2607 (rev. taurus gibber).

Idem (imp. aet.):

BMC 45, Wadd. 2615 (rev. Nemesis).

Iupiter fulminans: *AR*: BMC 20, vide supra.

Figura nummi Wadd. 2628/9 (Aug.), quam E. Babelon Iovem *νικηφόρον* nominat, principis est; cf. Imhoof-Blumer, *Kleinas. Münzen* 517 ad n. 2.

Sebastopolis.

De huius oppidi situ cf. Head BMC Caria p. LXVII.

Nummi:

Iupiter sedens cum patera et sceptro:

IB Mzkde 96 n. 2, Wadd. 2545 (Domit.).

Caput Iovis laur. (imp. aet.):

BCM 1 (XXIII 8), Wadd. 2542 (rev. thyrsus), IB Mzkde 96 n. 1 (clava).

Aquila: IB Kl. M. 152. 9 (obv. caput Minervae).

Apollonia ad Salbacum.

Nummi:

Caput Iovis laur. (s. I. a.):

BMC 3 (IX 2), Mi. S. VI 166 (rev. fulmen alatum).

---

[1]) Et n. 20 et n. 19 caput Iovis non Herculis exhibent.

Iupiter *νικηφόρος* (imp. aet.):

BMC 7. 8 (IX 3), IB Gr. M. 427 (obv. caput Minervae), IB Kl. M. 120. 7 (Senatus), B (Aug.), IB Gr. M. 428, Wadd. 2239 (Calig.), BMC 28 (Salonina).

Iupiter aquilifer c. sceptro stat contra Iunonem ante Minervam: IB Kl. M. 121. 10 (IV 24), Wadd. 2245 (Iul. Domna) 2247, IB Gr. M. 430[a] (Carac.).

Iupiter sedens s. sceptrum, d. nudum infantem (Fortunam Primigeniam?) tenet:

IB Kl. M. 122. 11 (IV 25), Mi. IV 6 n. 30, S. VI 474 n. 190 (Mam.); cf. Drexler, *Roscher* I 1542 et Imhoof-Blumer *Kleinas. M.* 122, *Münzkunde* 85.

Perperam huic oppido attributi sunt nummi: BMC 1. 2, IB Gr. M. 425, Mi. III 164, Wadd. 3618; cf. Imhoof-Bl. *Lyd. Stadtm.* 37 sq.

Caput Sarapidis:

Hunter 421. 1, Wadd. 2230/1, IB Gr. M. 426 (rev. Isis).

Heraclea ad Salbacum.

De Iove bipennifero vide p. 367.

Nummi:

Iupiter *νικηφόρος* (imp. aet.):

IB Gr. M. 437, Wadd. 2404 (caput Bacchi).

Caput Sarapidis:

BMC 11 (XX 1). 12. 13, Wadd. 2405 (rev. Isis).

Aphrodisias-Plarasa.

De Iove Labrayndo eiusve cognato vide p. 358 et 367 sqq.

Iupiter Nineudius:

BCH 9 (1885) 79 sq. n. 10 s. II. (?) p. Tria fragmenta; a et b: *Διονύσιος Διονυσ]ίου [Παπύλου τοῦ Παπύλ]ου ἱερεὺς [Διὸς] Νινευδίου καθὼς [ὑπ]έσχετο.*

C. [*Αὐτοκράτορα Καίσαρα . . . Σεβα*]*στὸν Γερμα*[*νικὸν*] *ἀ*[*νί*]*κητον θεόν· Διο*[*νύσιος*] *Παπύλου τοῦ Παπύλου Διονυσίου ἱερεὺς Διὸς Νινευδίου συνκαθιέρωσεν τὸν θεὸν τῷ θεῷ καθὼς ὑπέσχετο.*

Viri docti cognomen huius Carici dei ex antiquo Aphrodisiadis nomine *Νινόη* derivatum esse consentiunt, quod Stephanus nobis tradit s. v. *Μεγάλη πόλις· . . . β' ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Καρίας, ἡ νῦν Ἀφροδισιάς, ἡ πρότερον Λελέγων πόλις. . . . ὠνομάσθη δὲ καὶ Νινόη ἀπὸ Νίνου· ὁ πολίτης Νινοήτης.* Atque illam coniecturam eo libentius comprobabimus, si huc afferre licet illud Suidae *Νινευί· πόλις, καὶ Νινευίτης, ὁ ἀπὸ τῆς αὐτῆς πόλεως.*[1]) Cum igitur urbs ipsa nomen barbarum cum Graeco *Ἀφροδισιάς* commutaverit, Iupiter etiam imperatorum aetate cognomine suo barbaram naturam indicat simili ratione atque Iupiter *Κελαινεύς* Apameae cultus ex vetusto loco *Κελαιναί* cognominatus est (cf. Rev. ét. gr. 2 (1889) 31).

Iupiter Maximus:

CIG 2750 s. I. a. parva ara. *Διὸς Λαβραύνδου καὶ Διὸς Μεγίστου.*

Vide p. 358 et p. 403 (Iasus).

Nummi:

Iupiter *νικηφόρος* ad s. sedens:

BMC 64, Wadd. 2188, Mi. III 113 (Senatus), BMC 123 (Iul. Mamaea). 132 (Gall.).

Iupiter (?) ad s. sedet d. manu porrecta, s. demissa:

BMC 23 (Populus). 103 (Hadr.).

Caput et signa Iovis vide p. 367 sq., accedunt:

Fulmen:

Mi. III 106, B Imhoof-Bl. (obv. caput Veneris).

Aquila fulmini insistens: (s. I. a).

AR: BMC 6 (V 5). 7—14, IB Kl. M. 112 sq. n. 2—4 (IV 12), Gr. M. 413—15, M. gr. 305. 13—18, Wadd. 2527—32, Mi. III 101—105 (obv. caput Veneris).

---

[1]) Nomen *Νινόη* scite explicuit Ferdinandus Dümmler PW I 2 2755.

Æ: BMC 15 (V 7). 16. 17. 18 (V 8), Wadd. 2182/3. 2538/9, Mi. S. VI 101 (caput Veneris).

Aquila interdum serpentem tenens (imp. aet.):

BMC 81, Mi. S. VI 115 (Populus), BMC 82 (Sol). 83, Mi. S. VI 111 (taurus gibber).

De aquila Iovi Chrysaoreo tribuenda vide p. 437.

Iupiter Sarapis.

Sarapis (?) in templo quattuor columnarum:

Mi. S. VI 150 (Gall.).

Caput Sarapidis: BMC 67. 68, Hunter 421. 1, Wadd. 2184, Mi. III 118 (rev. Isis), BMC 69 (VI 9). 70. 71 (rev. Harpocrates).

Gordiutichus.

Nummi (s. II. a.):

Caput Iovis longis cicinnis et laurea ornatum:

ZfN 15 (1887) 45 (III 14), 21 (1898) 223, BMC 1 (XVII 9). 2, Wadd. 2351 (V 3, rev. vetusta Veneris statua).[1]

Attuda.

Antiquum oppidum in Cariae Phrygiaeque confinio prope vicum Turcicum Asar fuisse videtur; cf. B. V. Head BMC Caria p. XXXIX, R. Kiepert FOA VIII 6.

Nummi (aet. imp.):

Iupiter nudus ad d. fulminat, s. porrecta aquilam tenens:

BMC 20 (X 16). 21, Wadd. 2263, Mi. IV Phrygia 291 (obv. Senatus).

Iupiter sedens cum hasta et patera:

Mi. IV Phrygia 296 (Carac.); cum aquila adstante: l. c. 299 (Salon.), Mi. S. VII Phrygia 204 (Hadr. et Sab.).

Caput Iovis laur.:

IB Kl. M. 123 n. 3. 4, Mi. S. VII 189 (rev. Apollo), IB l. c. 124. 5, Wadd. 2253 (lyra).

---

[1]) Quibus de effigiebus vide supra p. 368 not. 1 et ZfN 15 l. c.

Aquila fulmini insistens: Mi. S. VII 203 (Vesp.), cum corona: IB Kl. M. 125. 13 (Sarapis).

Sarapis stans: supra.

Caput Sarapidis: Mi. S. VII 207 (Sev. Al.).

Briula.

Nummi:

Iupiter Olympius c. patera et sceptro sedet; adscriptum est *ΟΛΥΜΠΙΟϹ ΖΕΥϹ*: IB Lyd. Stdtm. n. 3 (Domit.), BMC Lydia 4 (VI 8). 5, IB l. c. n. 4, Mi. IV Lydia 125 (Ant.).

Aquila: IB l. c. 1 (III 11, rev. thyrsus).

Cidramus.

Guil. Ramsay *Cities* 166. 184 et I. G. C. Anderson (JHS 17 (1897) 396 sq., cf. Amer. Journ. 3 (1887) 356) Cidramum in Cariae Lydiae Phrygiae confinio se repperisse putaverunt prope Antiochiam in vico Turcico Budjak.

Nummi aetate imperatorum excusi:

Iupiter c. patera et sceptro ad s. sedet: BMC 1 (obv. Senatus), B Löbb. 06 (Sol).

Caput Iovis laur.: IB M. gr. 397. 90, Wadd. 4933 (rev. fulmen alatum).

Idem adscripto nomine *ΖΕΥΣ ΛΥΔΙΟΣ*: BMC 2, Wadd. 4934 (rev. Mercurius), cf. IB M. gr. 397. 91.

Ζεὺς Λύδιος alias non legitur nisi in nummis Sardianis (e. g. BMC Lydia 246 n. 77); nam *Ζεὺς ἀνίκητος Ἥλιος θεὸς Λύδιος* (CIG 4590. 4604) videlicet ex Lydia oppidulo Syriae inter Apameam et Antiochiam ad Orontem sito nominatus est (cf. CIG 4602).

Antiochia ad Maeandrum.

Iupiter *Βουλαῖος*:

Nummi:

Iupiter adversus stat, d. sceptrum tenens, s. manum latere innisus; circa figuram legitur *ΗΕΥϹ ΒΟΥΛΑΙΟϹ*: IB Kl. M. 110. 10, Mi. S. VI 60 (obv. Populus).

Caput Iovis laur. *ZEVC BOVΛAIOC* (aet. imp.):

BMC 13, IB Kl. M. 110. 11 (IV 8) = M. gr. 471. 75 (Morsynus fluvius stans), Mi. S. VI 60[1] (Iupiter c. fulmine et hasta).

Iupiter Capitolinus sive *νικηφόρος*:

Iupiter *νικηφόρος* ad s. sedens *ZEVC ΚΑΠΕΤΩΛΙΟC*:

BMC 32 (Trai.), Mi. III 82 (Ant.), BMC 43, Wadd. 2172 (Comm.); una cum Fortuna: BMC 46 (Sev. Alex.), cf. Mi. III 83, ante mensam ludicam: Hunter 419. 5 (LIV 3, Gallien.).

Idem sine nomine:

IB M. gr. 305. 11 (Trai.), B Fox 1873 (M. Aur.), BMC 47, Wadd. 2173 (Gord. P.), Mi. III 90 (Phil. mai.), BMC 58, Hunter 419. 5 (Gall.); in templo: Mi. S. VI 96 (Phil.).

Caput Iovis *ZEVC ΚΑΠΕΤΩΛΙΟC*:

Mi. III 61 (rev.: Iupiter stans cum patera et hasta).

Aliae Iovis figurae:

Iupiter sedet cum patera et sceptro: IB Kl. M. 111. 17 (Aur.), cum sceptro, d. porrigens: BMC 17 (Populus), cf. Mi. III 90 (Phil.).

Iupiter stat cum patera et sceptro: Mi. III 61 (supra), Mi. S. VI 75 (Senatus); cum aquila et hasta: l. c. 76 (Senatus).

Caput Iovis laur. (s. II. a.):

BMC 4, Wadd. 2151/2 (rev. taurus gibber), RN 1890. 432 (X 9, aquila fulmini insistens), Wadd. 2141. 2157, Mi. III 61 (aquila).

Idem taenia ornatum: B Fox 1873 (Mercurius).

Aquila fulmini insistens (s. II. et I. a.):

in obv.: IB Kl. M. 108. 3—5, M. gr. 304. 5—7 (rev. stella); similes sunt IB Kl. M. 108. 6, Wadd. 2146—49.

---

[1]) Etiam in persimili nummo Mi. III 62 *Βουλαῖος*, non *Ὀλύμπιος* legendum esse opinatus est B. Head BMC Caria p. XXXII sq.

in rev., interdum in Maeandro aut ara aut fulmine aut corona:

BMC 9 (III 6), IB Kl. M. 108. 1, Wadd. 2153 (obv. Apollo), IB l. c. 110. 12. 13 (caput Minervae), l. c. 109. 8 (caput Antiochi).

Anineta.

Rudera exstant ad vicum Turcicum Baghdelik, cf. Paton JHS 20 (1900) 64, Kiepert FOA VIII 6.

Nummi:

Caput Iovis vetustum cum longis cicinnis (s. II. et I. a.):

IB Lyd. Stm. 23. 4 (II 3), Num. chron. 1903. 335 n. 27 (XI 10, rev. aquila).

Simile laur.: IB l. c. 23 n. 3, Mi. IV Lydia 24 (rev. equus cum palma), B Löbb. 06 (aquila in fulmine).

Fulmen alatum:

IB l. c. n. 5, Mi. S. VII Lydia 22 (rev. nomen in corona).

Aquila (Comm. aet.): IB l. c. 24 n. 12 (obv. Sarapis).

Sarapis: supra.

Mastaura.

De Iove bipennifero vide p. 369.

Nummus:

Iupiter sedens cum patera et sceptro: Mi. IV Lydia 461 (Ant.).

Nysa.

Nummi:

Caput Iovis laur.[1]) (s. II. a.):

IB Mzkde 123 n. 1, Wadd. 2488 (rev. uva), IB Gr. M. 598 (XI 8), Lyd. Stm. 107. 4, Wadd. 2487, Mi. III 351, S. VI 396 (rev. Ceres?)

---

[1]) Nummi Mi. S. VI 397/8 capita Plutonis et Proserpinae praebent, non Iovis Iunonisque.

Iupiter *Πλουτοδότης*:

Iupiter *νικηφόρος ΠΛΟΥΤΟΔΟΤΗΣ*:

BMC Lydia 27 (XX 1, Nero), Mi. III 359 (Vesp.), IB Kl. M. 178. 2 (VI 9, Domit.), Mi. III 352 (Aur.), Mi. S. VI 419 (Faust. min.).[1]

Iam supra (p. 408 et 410) hunc deum cum Iove Pluteo Halicarnassensi et cum Iove Milichio Cnidio comparavimus. Atque alia exstant testimonia, quibus naturam Iovis illius facilius cognoscimus. In nummo BMC Lydia 47 (Faust. min.) e cornu copiae duae dependent uvae, inter quas sedet infans, dextra tertiam uvam tenens. Infantem nonnulli viri docti Bacchum nominabant. Primus F. Imhoof-Blumer ei nomen *Πλοῦτος* dedit[2] (M. gr. 401/4), praesertim cum cornui frugibus abundanti alio in nummo adscripta sit vox *Εὐποσία* (IB Lyd. Stm. 108. 12 (Domit.)) et cum idem signum in nummis Hierapolitanis numini *Εὐβοσία* attributum sit (IB M. gr. 401/2 tab. G 26). Omnia tria nomina vel numina fertilitatem et divitias terrae indicant. Quo spectat etiam Nysaensis nummus IB Lyd. Stm. 109. 13: manipulus quinque spicarum ‚*Κόρος*'. Liquet satis, qua de causa Nysaenses summum deum *Πλουτοδότην* nominaverint. Cui cognomini simillimum est Iovis Prymnessi in Phrygia culti, unde titulus apparuit consecratus *Διὶ Με(γ)ίστῳ Καρποδότῃ* (AM 7 (1882) 134).

Trallis.

Iupiter Larasius:

Strabo IX 440: loca quae *Λάρισα* vocantur enumerans: *καὶ τῶν Τράλλεων (Λαρίσῃ ἐστί) διέχουσα κώμη τριάκοντα σταδίους ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπὶ Καΰστρου πεδίον διὰ τῆς*

---

[1]) Nummum Wadd. 2505 Iovem exhibere iam propter nomen adscriptum *ΚΟΡΗ* in dubium vocaverim.

[2]) Infans *Πλοῦτος* cornu copiae tenens Cereri adstat in vase Eleusinio Panticapaei invento, Stephani, Compte-rendu 1859 p. 73 sqq. tab. 2., *Ἰω. Ν. Σβορῶνος, Ἑρμηνεία τῶν μνημείων τοῦ Ἐλευσινιακοῦ μυστικοῦ κύκλου* (Athenae 1901) 284 sqq. tab. 13. *Πλοῦτος*, Cereris filius, nominatur etiam in hym. Hom. in Cer. 489, cf. edd. Allen et Sikes ad versum citatum.

Μεσωγίδος ἰόντων κατὰ τὸ τῆς Ἰσοδρόμης Μητρὸς ἱερόν, . . . ἴσως δὲ καὶ ὁ Λαρίσιος Ζεὺς ἐκεῖθεν ἐπωνόμασται.

Idem XIV 649: *οὗτός* [*τε*] (scil. *Πυθόδωρος Τραλλιανός*) *δὴ καθ' ἡμᾶς ἤκμασε καὶ Μηνόδωρος, ἀνὴρ λόγιος καὶ ἄλλως σεμνὸς καὶ βαρύς, ἔχων τὴν ἱερωσύνην τοῦ Διὸς τοῦ Λαρισαίου.*

Tituli:

BCH 3 (1879) 466 = Pappakonst. 41 s. III. a. Laudatur Alexander quidam v. 11: *ἀναγ*]*ράψαι δὲ τὸ ψήφισμα τόδε ε*[*ἰς τ*]*ὰς περὶ τούτων ἐπι*[*σκευασθείσας στήλας καὶ στ*]*ῆσαι μίαν μὲν ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Διὸς τοῦ Λαρ*[*ασ*]*ί*[o]*υ, τὴν δὲ ἑτέραν* [*ἐν τῶι ἱερῶι τῆς Ἀθη*]*νᾶς.*

AM 13 (1888) 411 n. 25 = Pappakonst. 92. Fragmentum decreti: *ἀνα*[*γράψ*]*αι δ*(*ὲ*) . . . *τὸ ψήφισμα εἰς στήλην λιθίνην* [*καὶ στῆ*]*σαι ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς τοῦ Λαρασίου,* . . .

BCH 10 (1886) 516 n. 4 = Pappakonst. 32 *τὸ δὲ ψήφισμα* [*τό*]*δε ἀναγράψαι* . . . *καὶ στῆσαι ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Διός.*

Pappakonst. 42 s. III. a. Laudatur Leonidas quidam. *ὁ δῆμος ὁ Σελευκείων*[1]) . . . *ἀναγράψαι δὲ τὸ ψήφισμα τόδε ἐν στήλῃ λιθίνῃ καὶ στῆσαι ἐν τῷ* [*προ*]*νάῳ*[2]) *τοῦ Διὸς ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ τόπῳ.*

Papers 2 (1883/4) 327 n. 381 = Pappakonst. 89 s. II. p. *Διὶ Λαρασίῳ Σεβαστῷ Εὐμενεῖ Κλαύδι*(o)*ς Μελίτων ὁ ἱερεὺς ἀποκατέστησεν.*

AM 11 (1886) 203 = BCH 10 (1886) 456 = Papers l. c. 325 n. 379 = Pappakonst. 102. *Γ. Ἰούλιον Γ. Ἰουλίου Φιλίππου ἀρχιερέως Ἀσίας υἱόν,* . . . *Φίλιππον,* . . . *ἐπίτροπον τῶν Σεβαστῶν,*[3]) *πατέρα Ἰουλί*[*ου*] *Φιλίππου* . . . *ἱερέα διὰ βίου τοῦ Διὸς τοῦ Λαρασίου.*

---

[1]) Plin. V 29 Trallis, eadem Euanthia et Seleucia et Antiochia dicta; cf. Pappakonstantinu l. c. et C. Buresch AM 19 (1894) 102. 108 sqq.

[2]) Supplevi, quamquam lacuna maior fuisse potest.

[3]) *οἱ Σεβαστοί* sunt M. Aurelius et L. Verus. Iulius Philippus I. *ἀρχιερεὺς Ἀσίας* aequalis Melitonis (supra Pappakonst. 89) erat; cf. AM 26 (01) 239 n. 3 et LW 1652 c.

Pappakonst. 33 = Ramsay BCH 7 (1883) 276 n. 19 = Misthos, *Μουσεῖον καὶ βιβλιοθ. τῆς εὐαγγ. σχολῆς τῆς ἐν Σμύρνῃ* 1875. 136 n. 49 = *Ὅμηρος* 3 (1875) 240 (s. II. p. extr.): *Ἀγαθῇ τύχῃ· | Λ. Αὐρηλία Αἰ|[μ]ιλία ἐκ προ|γόνων παλλα|κίδων καὶ ἀνι|πτοπόδων θυ|γάτηρ Λ. Αὐρ. Σε|κούνδου Ση[ί]|ου παλλακεύσα|σα καὶ κατὰ χρη|σμὸν | Διί.*[1])

AM 8 (1883) 330 n. 11 = Pappakonst. 25 = Papers I 110/1 n. 11 . . . *ἐπὶ ἱερέως διὰ βίου τοῦ Διὸς τοῦ Λαρ[α]σίου Φλαουίου Κλειτοσθένους*[2]) *τοῦ κρατίστου δὶς ἀσιάρχου, πρώτο[υ] Ἀσίας, πατρὸς ὑπατικοῦ κα[ὶ] πάππου συνκλητικῶν, τῆς θ' αὐτοῦ πενταετηρίδος.*

Pappakonst. 12. Titulus similis . . . *ἐπὶ ἱερέως διὰ βίου τοῦ Διὸς τοῦ Λαρασίου Φλαουίου Κλειτοσθένους κτλ.*

Genethliacon Carolo Robert consecratum (1910) 99 = Pappakonst. 52 = BCH 5 (1881) 340. *Χρησμὸς τοῦ Πυθίου δοθεὶς Κλειτοσθένει τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως·*

Χειλιετὲς μήνειμα πάτρης Διὸς ἐξαναλύσας
μειλιχίῃ Σεισίχθονι ἐν ἄλσεϊ βωμὸν ἐνείρας
θύεο, μὴ διερεύνω μ' ὦ πόλις, εἰναλίῳ νῦν
ἐννομίην Κρονίδῃ, φοιβῇ χερὶ δὲ ἀρητῆρος,
πυρῶν καὶ καρπῶν τ' ἐπιδράγματα πάντα· καλείσθω
ἀσφάλιος, τεμενοῦχος, ἀπότροπος, ἵππιος, ἀργής·
ὧδε, πόλις, δὲ ὑμνεῖτε δεδραγμένον εἴφι βεβῶτα
οὗ τε βάθρῳ κύκνειον ὅσοι γέρας ἀμφιπένεσθε
ἐν χορῷ εὖ αἰνεῖν Σεισίχθονα καὶ Δ[ί]α μεῖλαξ.

AM 26 (01) 239 n. 4. [*Τ. Φλάουιον*] *Στασικλέα Μητροφάνη τὸν κράτιστον ἱερέα διὰ βίου τοῦ Διὸς τοῦ Λαρασίου . . . υἱὸν Τ. Φλ. Κλειτοσθένους ὑπατικοῦ κτλ.*

---

[1]) v. 2: Λ·ΑΥΡΗΛΙΑΛΙ Rams., ⁝⁝ΑΥΡΗΛΙΑ·Λ⁝⁝ *Ὅμηρος*, ΑΥΡΗΛΙΑΑ Misthos, ΑΥΡΗΛΙΑΑΠ Pappak.; v. 3: ΊΙΛΙΑ Rams., ⁝⁝ΙΛΙΑ *Ὅμηρος*, ΟΥΛΙΑ Misthos, Pappak. v. 7: Λ·ΑΥΡ·Σ ⁝⁝ Rams., *Ὅμηρος*, Α. ΑΥΡ·Σ Misthos, Α. ΑΥΡ·ΣΕ Pappak., v. 8 fin. ΣΗ⁝⁝⁝⁝ *Ὅμηρος*, ΣΗ Rams., ΣΙ . . . . Misthos, Σ . . . Pappak.

Lectionum varietates e schedis composui, quas ex apparatu archaeologico Vindobonensi benigne mihi transmisit I. Zingerle, cui viri doctissimo etiam hoc loco magnam refero gratiam.

[2]) Cf. Edm. Groag Öst. Jhrh. 10 (07) 282 sqq.

AM 19 (1894) 111 sq. = Pappakonst. 112, cf. Anz. d. Wiener Ak. 1893. 94 (aet. Caracallae).[1] *Φλάουιον Φ[λ]. Διαδούμενον (ἐπίτροπον) τοῦ Σεβαστοῦ ὑπατικῶν συνγενῆ ἡ κρατίστη⟨ι⟩ Κλαυδία βουλὴ καὶ ὁ δῆ[μος τῆς] λαμπροτάτη[ς μητρο]πόλεως τῆς Ἀ[σίας καὶ] νεωκόρου τῶ[ν Σεβαστῶν] καὶ ἱερᾶς τοῦ [Διὸς τοῦ Λα]ρασίου ...*

LW 604 = CIG 2926 s. III. p. *Τι. Κλ. Γλύπτον Ἀνδρονίκου υἱόν, ... κτίστην τῆς πατρίδος, τῆς λαμπροτάτης πόλεως, τῆς νεωκόρου τῶν Σεβαστῶν, ἱερᾶς τοῦ Διὸς κατὰ τὰ δόγματα τῆς συνκλήτου Τραλλιανῶν οἱ μύσται τὸν εὐε[ργέτην.*

LW 597 = Pappakonst. 64 = CIG 2923 b. *Διογ]ένης Ὀρθ[ίω]νος θεῷ Διὶ εὐχαριστῶν τούτους δύ' ἀετοὺς ἀνέθηκε.*

Pappakonst. 150. *Ἀγαθῇ τύχῃ· τῶι Διὶ τὸν Διόνυσον Ἀγαθήμερος ἱερός.*

Nummi:

1. Statua Larasii; deus ad s. sedet pallio genua tegente, d. porrecta Victoriam tenens, s. sceptrum; nomen adscriptum est *ΛΑΡΑCΙΟC* (aet. imp.):

BMC Lydia n. 93, Mi. S. VII Lydia 684, B Löbb. 06 (obv. Populus), Mi. IV Lydia 1063, S. VII 701, B Löbb. 06 (Nero), BMC 129—131, IB Lyd. Stm. 31, Wadd. 5427/8 (Domit.).

2. Eadem sine nomine:

BMC 59 (XXXIV 2). 60, Wadd. 5397, Mi. IV 1033. 1054 (rev.: taurus gibber), s. II. aut I. a.;

in rev.: Mi. IV 1064, S. VII 707 (Domit.), B Fox 1873 (Ant. P.), IB Lyd. Stm. 33, M. gr. 391 n. 45, Hunter 472. 6, Wadd. 5435, Mi. IV 1081 (M. Aur.); cum aquila: BMC 150 (XXXVII 2, L. Verus); in templo quattuor columnarum: Hunter 472. 7, Mi. IV 1087 (L. Verus), Wadd. 5439 (Commodus).

---

[1] Tituli, quibus urbs *νεωκόρος* nominatur, haud ante Caracallae aetatem compositi sunt, cf. C. Buresch AM l. c. 113. 118.

3. Iupiter Larasius cum aliis deis consociatus:

cum Diana Ephesia inter cervos stante: BMC 136, Mi. IV 1069, B Fox 1873 (Hadr.), BMC 182 (XXXVII 11), Mi. IV 1120[1]) (Phil. maior);

cum Mercurio: BMC 168 (XXXVII 7), Mi. S. VII 742 (Gord.);

cum dea pateram sceptrumque tenente: Wadd. 5440 (Comm.);

cum Minerva stante: Wadd. 5454 (Phil. mai.);

cum figura militari globum et hastam tenente; uterque, Iupiter sedens, miles stans, in templo conspicitur: Mi. IV 1102, S. VII 733 (Car.).

4. Iupiter Larasius in concordiae (ὁμόνοια) nummis:

a) Trallis-Smyrna: Iup. Larasius et duae Nemeses: BMC 206 (XLI 11, Gord. P.), cf. ZfN 12 (1885) 340 n. 3 (L. Verus); heroes stantes figuras tenent alter Iovis Larasii, alter Nemesium: Wadd. 5451 (Gord.)

b) Ephesus-Trallis: Iup. Larasius et Diana Ephesia: Wadd. 1634, Mi. IV 1091 (Commodus)

c) Pergamum-Trallis: Iupiter aquilifer et Aesculapius: Mi. IV 1092 (Comm.) (?).

5. Iupiter Larasius (?) stans *νικηφόρος* (s. II. aut I. a.): BMC 61 (XXXIV 3). 62, Wadd. 5396, Mi. IV 1032 (rev. taurus gibber).

Caput Iovis Larasii laur.:

1. Adscripto nomine (s. III p.): *ZEYC ΛAPACIOC*: BMC 100, Mi. IV 1035, B Imhoof-Bl. 1900 (rev. Bacchus), *ZEYC*: BMC 101. 102, Mi. IV 1037, S. VII 666 (rev. taurus gibber), BMC 103, Mi. IV 1036 (rev. uvae).

2. Nomine in rev. adscripto: (s. III a.) Wadd. 5393, IB Lyd. Stm. 3, Mi. III 598 n. 280, Mi. S. VII 667 rev. taurus gibber *ΔΙΟΣ ΛΑΡΑΣΙΟΥ*; similis est nummus IB l. c. 4 rev. taurus *ΔΙΟΣ ΛΑΡΑΣΙΟΥ ΚΑΙ ΔΙΟΣ ΕΥΜΕΝΟΥ* (sic); BMC 87 (s. I p.) rev. taurus *ΔΙΟΣ ΛΑΡΑΣΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΝ*.

[1]) Litteris falso lectis Mionnet ex his nummis (cf. S. VII 478 n. 750) foedus Trallianorum et Laodicenorum fuisse conclusit; cf. B. V. Head BMC Lydia p. 357 not. 1.

3. Sine nomine: (s. III a.) IB l. c. 1 (VII 7). 2, Mzkde 134. 1, M. gr. 363. 44 (rev. taurus).

AV: (s. III/II a.) Wadd. 5392 (XIV 23, rev. taurus).

Æ: (s. II/I a.) BMC 63 (XXXIV 4). 64. 65, Mi. IV 1030/1, S. VII 662. 664/5 (taurus), BMC 69 (XXXIV 6), Hunter 472. 3. 4, IB Lyd. St. 18, Wadd. 5398, Mi. S. VII 659—61 (aquila in fulmine), BMC 70, Mi. IV 1034 (caput tauri iuxta aquilam), IB Lyd. Stm. 19 (galea iuxta aquilam); BMC 86, Wadd. 5407 (Victoria), BMC 82 (XXXV 5). 83 (Livia?).

in rev.: BMC 76 (XXXV 2). 77. 78, Wadd. 5413—15, Mi. S. VII 691 (Aug.), B Löbb. 06 (Domit.).

4. In rev. cistophori BMC 1 (XLIII 2) praeter angues caput Larasii laur. effictum est.

Accedunt varia nummorum genera, quae ad Iovis fabulam spectant:

1. *ΔΙΟΣ ΓΟΝΑΙ*, supra Iovem infantem aquila videtur: Mi. S. VII 715 (Ant. P.).

2. Capra Amalthea Iovem infantem lactat: Mi. S. VII 723 (M. Aur.).

3. Nympha sedens s. bracchio Iovem infantem tenet, d. velum, quod caput umerosque circumfluit. Praeter vel post eam tres Curetes casside et brevi tunica induti saltantes gladiis scuta sublata pulsant; scamno adstat aquila: BMC 138 (XXXVI 5), IB Lyd. Stm. 35 (VII 15), Mi. S. VII 722 (Ant. P.).

4. *ΕΙΟΥϹ ΓΑΜΟ*[*Ι*], Mercurius d. caduceum tenens s. Ionem ducit longo vestimento et velamine martiali ornatum: BMC 142 (XXXVI 8, Ant.).

5. Femina ample vestita et velata in ianua tugurii stat, ante quam vir togatus manum porrigit quasi illam producturus: Num. chron. 1903. 337 n. 30 (XII 1, Tranquill.).

6. In curru a duobus tauris gibberis tracto et a viro nudo (Mercurio?) ducto sedet femina velata (Io?): BMC 141, Mi. S. VII 717 (Ant. P.).

Titulus Milesius:

Parva ara domestica Iovi Larasio dedicata est, cf. Th. Wiegand Acta ac. Berol. 1908 app. 27.

Etsi usitata nominis forma est *Λαράσιος*, tamen a tot oppidorum nomine *Λάρισα*[1]) vix secernenda est. Immo Straboni assentior, qui Iovem Trallianum ex vico *Λαρίση* triginta stadia ab urbe ad septentrionem sito denominatum habet. Strabonis coniectura confirmatur testimonio Etym. M. s. v. *Εὔδωνος· ποταμὸς τῆς ποτὲ μὲν Δίας τε καὶ Ἐρύμνης καὶ Λαρίσης, νῦν δὲ Τράλλεων καλουμένης τῆς Ἀσίας.* Atque veri habeo simile vocem *Λάρισα* tot Caricis locorum nominibus in *-ασα* terminantibus ut Mylasa Harpasa Bargasa Pedasa paulatim assimulatam et in *Λάρασα* permutatam esse.[2])

Etiam in Argorum arce Larisa Iupiter *Λαρισαῖος* cultus est (Paus. II 24. 3, Strab. VIII 370). Qua de causa Argivos deum patrium Trallis transtulisse conicias, praesertim cum Strabo nobis tradat XIV 649: *κτίσμα δέ φασιν εἶναι τὰς Τράλλεις Ἀργείων* (*καί τινων Θρακῶν Τραλλίων, ἀφ' ὧν τοὔνομα*[3])). Sed nomen Larisa omnino saepius occurrit et insuper Asiae Minoris populorum linguae magis respondet, quam quod a Graecis in Asiam delatum esse probabile sit. Immo etiam oppida eiusdem nominis in Graecia sita eorumve nomina Asiae Minoris populis attribuam, quos aliquando in Graecia sese extendisse constat. Ex tot oppidis *Λάρισα* nominatis viri docti illa voce nil nisi arcem aut simile quoddam significari opinati sunt (cf. Preller-Robert 122 et Gruppe 1104. not. 1). Si hoc verum est, Iupiter *Λαρισαῖος* in aequo ponendus est cum Iove *Ἀκραίῳ*. Nec non Apollo e vico inter Ephesum et Tmolum sito cognominatus est *Λαρισηνός* (Strabo XIII 620).

Iovis Larasii cultus longe praestantissimus Trallianorum erat: in eius delubro decreta proponebantur, ex eo urbs senatus

---

[1]) Haec loca enumerat Strabo IX 440. XIII 620, unde Steph. s. v. *Λάρισαι*, et Vollgraff Rh. M. 61 (06) 154 sq.

[2]) Ptol. VI 2 commemorat *Λάρασα* oppidum Mediae.

[3]) Thracicam Trallianorum originem testimoniis comprobavit Rayet *Milet et le Golfe Latmique* 61 sqq.

consulto tertii p. Chr. saeculi *ἱερὰ τοῦ Διός* (LW 604), a poetis autem *Δῖα* nominabatur (Et. M. s. v. *Εὔδωνος*), eius simulacro eiusve signis plurimi urbis nummi ornabantur, eius sacerdotio nobilissimae et Graecorum et Romanorum gentes fungebantur. Cui numinis auctoritati vetustas, quae quidem Graeca effigie Iovis *νικηφόρου* nummis impressa cognoscitur, haudquaquam respondet. Eo plus valent ritus in eius cultu usitati, qui in titulo L. Aureliae Aemiliae (Pappakonstantinu 33) significantur verbis *παλλακίδων* et *ἀνιπτοπόδων*; alterum lavationis pedum neglectae paucis perstrinxit P. Kretschmer *Einl.* 88 (cf. O. Kern PW V 1 1260), qui corporis necessitate et cura omissis animos ad caerimonias rite et attente agendas praeparari censet. Sed profundiorem vim huic ritui inesse mihi persuasi, quae luce clarius apparet e Iovis Dodonaei cultu Homeri versibus Il. XVI 234 sq. nobis noto:

ἀμφὶ δέ σ' Ἑλλοὶ[1])
σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι.

Quibus verbis quin incubatio indicata sit, nil dubito, etsi hanc sententiam iam ab Eustathio prolatam refellere studuit E. Rohde *Psyche*[4] I 122 not. 1: *Diese Auslegung ist ausschliesslich begründet auf das Beiwort χαμαιεῦναι, aber dieses ist von dem ἀνιπτόποδες nicht zu trennen, und da ἀνιπτόποδες keinen Bezug auf Incubation haben kann, so hat solchen auch χαμαιεῦναι nicht; beide Epitheta bezeichnen offenbar eine eigentümliche Rauheit und Schmucklosigkeit der Lebensweise der Σελλοί, deren (ritualen) Grund wir freilich nicht kennen und nicht errathen können.* Nescio an non unicae illae voces hac interpretatione satis illustratae sint, quae nobis quidem probanda non est. Immo, quod ambo epitheta secernenda non sunt neque vero nisi ex incubandi cogitationibus probabiliter declarari posse videntur, Eustathii[2]) sententiam accipiendam habemus: humi dormiendo

---

[1]) Quam nominis formam alteri *Σελλοί* praefero cum Ed. Meyer *Forschungen z. alt. Gesch.* (1892) 41 sq.

[2]) Neque demum Eustathius vocem Homericam eiusmodi interpretatus esse videtur, sed iam verbis ‚*χαμαιεῦναι*' *δὲ οἱ χαμαὶ ὄντες καὶ τὰ πόρρω σκοποῦντες*, quae haud dubie ex antiqui grammatici commentario hausta in omnibus veteribus scholiis leguntur, eandem sententiam inesse existimo.

ὑποφῆται cum deo coniungebantur; ne vero communio noctu inita die interimeretur aut dissolveretur, ipsos pedes lavare nefas erat, quibus solum etiam die telluris id est numinis contagio servaretur. Rectissime de simili Indicae religionis ritu disseruit H. Oldenberg *Die Religion des Veda* 425: *Der Schmutz, d. h. offenbar das Vermeiden des Bades, ist ein Characteristicum dessen, der durch Tapas (Askese) einen Zustand besonderer Zaubermacht in sich erzeugen will.* Atque eadem ipsa cogitatio Aureliae Aemiliae eiusque maiorum consuetudini supponenda est, quamquam neque Trallianorum ritum e Dodonaeo neque e Tralliano Dodonaeum derivatum habeo.[1]) Ut autem Iovis Dodonaei vates pedes non lavantes[2]) communionem dei ea ratione servabant, ut numinis arbitrium reciperent, quod postea oraculis pronuntiarent, ita Trallianae sacerdotes idem faciebant eo consilio, ut pios concubitu (παλλακεύσασαι) sacrae communionis participes redderent. Si ἀνιπτοποδίας ritum recte exposuimus, fieri non potest, quin alterum virginum prostituendarum non nisi divinae communionis causa observatum existimemus. Aliis locis[3]) eum aliud sibi voluisse libenter concedimus; et Armeniorum usum in Dianae Anaïtidis[4]) (Strab. XI 532) et Aegyptorum in Iovis Thebaei cultu actum (Strab. XVII 816) Fr. Cumont recte significasse videtur speciem — sit venia verbo — exogamiae (*Die orient. Rel.* 286 sq.): ut virgines a consanguineorum incestu servarentur, sub dei tutela vel ei servientes alienis sese indulgebant, donec sanguinis purgatio

---

[1]) Verbum ἀνιπτοπόδων ex Homero depromptum esse concedimus, cf. O. Kern PW V 1 1260, P. Kretschmer *Einl.* 421.

[2]) Hellorum ritui F. Dümmler Phil. 10 (1897) 6 = *Kl. Schriften* II 213 nuditatem sive pedum sive totius corporis religione Iudaeorum praescriptam comparat, haud ita apte; neque enim quod nudi erant pedes valet — unde ceterum ‚Sellorum ἀνυποδησία‘ (sic) orta videtur (Lud. Deubner *De incubatione* 24) —, sed quod ἄνιπτοι. Rectius idem admonuit ritus non tondendi capillos (l. c. not. 1), qui rursus apertior fit religione Indorum, cf. Oldenberg l. c. 427 sqq.

[3]) Testimonia enumerat Gruppe 915.

[4]) Per errorem Salomo Reinach *Chroniques d'Orient* I 645 Trallianum titulum Anaïtidis commemorat; nam titulus AM 14 (1889) 106 n. 56 Philadelphiae inventus est, contra insequens (l. c. n. 57) Trallibus.

effecta erat[1]) et tum quidem suae ipsarum gentis viris in matrimonium dabantur. Sed indicia, quibus haec Aegyptii Armeniique usus interpretatio stabilitur, Trallibus omnino desiderantur; immo ἀνιπτοποδίας ritus a prostitutionis haud secernendus non nisi ex sacra communione intellegi potest. Ne ceterum Lydarum veterum consuetudinem ab Herodoto nobis traditam (II 93, cf. Strab. XI 532) cum Tralliano ritu coniungamus, ea res obstare videtur, quod pater historiae profanum videlicet morem descripsit, quo virgines Lydiae dotem sibi merebant[2]) et quem, si re vera Tralliano ritui exordium praebuit, antiquis temporibus ab omnibus Lydis adhibitum postea demum Graeca humanitate restrictum atque sacra interpretatione supposita in cultu tantummodo observatum habeamus necesse est. Imperatorum certe aetate, qua quam propitii homines ad dei coniunctionem quolibet modo sibi comparatam fuerint undique apparet (vide supra p. 424), caerimonia Tralliana nil aliud indicabat nisi sacram numinis hominumque communionem; quanti vero a Caribus Lydisve aestimata sit, iam ea re probatur, quod Romana virgo e nobili videlicet gente nata se ἐκ προγόνων παλλακίδων καὶ ἀνιπτοπόδων ortam esse gloriatur.

Oraculum Trallianum nuper restituit et accurate tractavit O. Kern in Genethliaco Robertiano p. 99 sqq.; supremum tantummodo verbum μεῖλαξ, etsi haudquaquam in dubium vocandum, interpretationi tituli difficulter inseri et accommodari posse videtur. Sed hic quoque editorem rectam viam indicasse censeo, qui vocem μεῖλαξ adverbium adhuc quidem ignotum esse coniecit (l. c. 101. not. 1); neque dubitare licet, quin in aequo ponenda sit cum versus secundi verbo μειλιχίῃ. Ambae voces iam ea re secum coniunguntur et ad sese referuntur, quod in primariis versuum vel enuntiatorum locis dispositae praecipuam videlicet sibi vim vindicant. Quid ceterum veri est similius quam Trallianos rursus terrae motu vexatos[3]) ab Apolline Pythio id

---

[1]) μέχρις ἂν ἡ φυσικὴ γένηται κάθαρσις τοῦ σώματος, Strab. XVII 816.

[2]) Eadem re Lydorum usus differt ab Armeniorum, apud quos praemia stupri accipiebant viri.

[3]) Afferre liceat versus Sibyllinos, quibus auctor Asiae urbes miseratur (Orac. Sibyll. V 289 sqq.):

ipsum admonitos esse, ut numinum neglectorum iram placarent, ut deorum gratiam sibi reconciliarent, ut eos implorarent *μειλιχίῃ, μεῖλαξ.*[1])

Similem animorum piorum affectum etiam alia ni fallor testimonia aperiunt: in nummo compluribus quidem saeculis antiquiore, quem supra descripsimus, circa taurum gibberum excusa sunt verba *Διὸς Λαρασίου καὶ Διὸς Εὐμενοῦ*[2]) (sic); eadem autem aetate, qua oraculum illud compositum est, Hadriano Iovis venerationem subeunti cognomina dantur *Διὶ Λαρασίῳ Σεβαστῷ Εὐμενεῖ.*[3]) Quasi perpetuo periculorum et maxime terrae motuum[4]) timore agitati Tralliani rursus atque iterum sive deorum sive Augustorum clementiam rogasse videntur; itaque insignibus divinisque honoribus imperatores efferebant ut Augustum et maxime Hadrianum, qui de communi urbis salute imprimis meruerant. Hadrianus, postquam a. 129 p. Chr. Trallis adiit[5]) et beneficiis publicis instruxit (CIL III 444, CIG 2927) et ludos Olympicos denuo instituit,[6]) *σωτὴρ καὶ κτίστης* nominatus

---

αἰαῖ ⟨σοι,⟩ Σάρδεις· αἰαῖ πολυήρατε Τράλλις·
αἰαῖ Λαοδίκεια, καλὴ πόλι· ὡς ἀπολεῖσθε
σεισμοῖς ὀλλύμεναί τε καὶ εἰς κόνιν ἀλλαχθεῖσαι. — ?

[1]) Ceterum Neptuni cultus neque tituli neque nummi testimonio probatur.

[2]) Iovi Larasio non novum ad id alienum numen additum est, sed aliud tantummodo nomen illi aetati magis accommodatum, cui rei exempli causa admoneatur tituli Aphrodisiensis *Διὸς Λαβραύνδου καὶ Διὸς Μεγίστου*; vide supra p. 358 et 403.

[3]) *Σεβαστόν* Hadrianum esse cognovit iam Ios. B. Lightfoot *The apostolic fathers* Part. II vol. I 617, cf. Part. II vol. II 1. 146 et Ramsay, Papers II 327.

[4]) Quam vehementer urbs Augusti aetate vexata erat! (Strab. XII 579, Orac. Sibyll. III 459 sqq., et maxime Agathias II 17 = Corp. scriptt. hist. Byz. III p. 100 sqq.).

[5]) Cf. Ramsay, Papers I 102; contra Carolum Buresch AM 19 (1894) 116 et Iulium Dürr *Die Reisen des Kaisers Hadrian* (1894) 50 Guilelmo Weber *Untersuchungen z. Gesch. des Kaisers Hadrianus* (1907) assentior, qui imperatorem a. 123 e Parthia redeuntem per septentrionalem Asiam Minorem profectum (p. 123 sqq.) a. 129 demum Cariae oppida adiisse putat (211 sqq., de testimoniis Trallianis vide 222 sq.).

[6]) *ἀνανέωσις ὀλυμπιάδος* in titulis passim commemorata est, nihilo setius Tralliani olympiades ab ordine consueto numerare pergebant; cf. Ramsay, l. c. et Edhem Bey BCH 28 (04) 80.

(Pappakonst. 113 = Anz. d. Wien. Ak. 30 (1893) 93 n. 7 = BCH 10 (1886) 516 n. 5, cf. nummos BMC 136, Mi. IV 1069), quin etiam Iovi Larasio aequatus est. Re vera Trallis illa aetate vix florentissimis Asiae Graeciaeve urbibus superabantur (*ἡ λαμπροτάτη πόλις* CIG 2926). Atque felicibus illis temporibus incolae etiam Larasia, Iovis ludos, insigni splendore celebraverunt, quam rem multi nummi Antoninorum aetate excusi patefaciunt. Nam sine dubio omnes quos supra (p. 460) descripsimus nummorum typi ad sacrae fabulae (*τοῦ ἱεροῦ λόγου*) spectacula festis Iovis diebus celebrata referendi sunt. Praeter infantiae fabulas imprimis *ὁ ἱερὸς γάμος* agebatur et is Iovis atque Ionis, quoniam Tralliani *ἄποικοι* Argivorum erant (Strab. XIV 649).[1])

Quod ad ceteros deos attinet, artiore vinculo Bacchus, cuius cultus Trallibus tam insignis ut antiquus erat (LW 1651, cf. Ed. Meyer *Forschungen* II 497 sqq.), cum Larasio connexus videtur; quam rem titulo comprobares, quo Agathemerus quidam *ἱερός*[2]) Iovi dedicat statuam Bacchi (Pappakonst. 150). Qua de causa taurus gibber e plurimorum nummorum testimonio Iovi Larasio sacerrimus fuerit, non iam cognoscimus. Aquilam vero, quae nummis neglectis titulo LW 597 consecratur *θεῷ Διί,*[3]) Graeci demum patrono urbis attribuisse videntur.

Iupiter Olympius:

Nummus:

Caput Iovis laur. *ΖΕΥϹ ΟΛΥΜΠΙΟϹ*: B Fox 1873 (rev. Sol in quadriga).

Quod etiam Iupiter Olympius nummis urbis impressus est, nemo mirabitur, qui quantopere ludi Olympii praesertim *μετὰ*

---

1) De Iovis infantis fabulis nummos Laodicenos ornantibus egit F. Imhoof-Blumer, Arch. Jhrb. 3 (1888) 289 sqq.; signis nymphae Curetumque etiam Acmonenses et Apamenses aera excuderunt, cf. eundem *Lyd. Stadtm.* 178. Curetes cum Tralliana regione connexi sunt etiam Et. M. s. v. *Εὔδωνος*, p. 348). Quo tandem modo nummus Tranquillinae (supra p. 460 n. 5) intellegendus sit, haud iam constat; interpretandi coniecturas protulit W. Wroth, Num. chron. l. c.

2) *ἱεροί* et *ἱεραί* ab Iosepho Cardinali RAL 17 (08) 165 sqq. et nuperrime ab Ottone Kern Herm. 46 (1911) 300 sqq. tractati sunt.

3) Cui voci Ph. Le Bas comparat Latinam *Iovem O. M. Deum.*

τὴν ἀνανέωσιν τῆς ὀλυμπιάδος Trallibus floruerint, respexerit (cf. BCH 28 (04) 80 sqq. n. 3. 5 et Pappakonst. 4, 69, e nummis: BMC Lydia 104. 108).

Sarapis:

Pappakonst. 37 *Ἰούνιον Ἀμυντιανὸν ἱερέα Εἴσιδος καὶ Σαράπιδος· οἱ μύσται τὸν Πανέλληνα.*

Nummi:

Sarapis sedens: Mi. IV 1071/2, B Löbb. 06 (Ant. P.).

Caput Sarapidis: ZfN 12 (1885) 340 n. 4 (Gord. P.).

Sarapidis cultus sine dubio a mercatoribus Aegyptiis Trallis delatus est, cf. Mich. Pappakonstantinu l. c.

Magnesia ad Maeandrum. [1]

Iupiter Sosipolis.

Tituli:

I Mag. 98 s. II. ineuntis a. decretum (v. 6) *ὑπὲρ τοῦ ἀναδείκνυσθαι ἑκάστου ἐνιαυτοῦ τῶι Διὶ ταῦρον ἀρχομένου σπόρου καὶ ὑπὲρ κατευχῆς καὶ πομπῆς καὶ θυσίας καὶ ὑπὲρ τοῦ πήγνυσθαι θόλον ἐν τῆι ἀγορᾶι καὶ στρώννυσθαι στρωμνάς.* v. 41 sqq. *ὁ δὲ στεφανηφόρος ἄγων τὴν πομπὴν φερέτω ξόανα πάντων τῶν δώδεκα θεῶν ἐν ἐσθῆσιν ὡς καλλίσταις καὶ πηγνύτω θόλον ἐν τῇ ἀγορᾶι πρὸς τῶι βωμῶι τῶν δώδεκα θεῶν, στρωνύτω δὲ καὶ στρωμνὰς τρεῖς ὡς καλλίστας, παρεχέτω δὲ καὶ ἀκροάματα αὐλητὴν συριστὴν κιθαριστήν, παριστανέτωσαν δὲ καὶ οἱ οἰκονόμοι οἱ ἐν τῶι μηνὶ τῶι Ἀρτεμισιῶνι τῆι δωδεκάτηι ἱερεῖα τρία, [ἃ] θύσουσιν τῶι τε Διὶ τῶι Σωσιπόλει καὶ τῆι Ἀρτέμιδι τῆι Λευκοφρυηνῆι καὶ τῶι Ἀπόλλωνι τῶι Πυθίωι, τῶι μὲν [Διὶ] κριὸν ὡς κάλλιστον, τῆι δὲ Ἀρτέμιδι αἶγα, τῶι δὲ Ἀπόλλωνι ἀττηγόν, θύοντες τῶι μὲν Διὶ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Σωσιπόλιος, τῆι δὲ Ἀρτέμιδι καὶ τῶι*

---

[1]) Quam circa urbem usque ad tempora satis recentia Cares habitasse testimoniis comprobavit O. Kern *Gründungsgesch. von Magn. a. M.* 13.

Ἀπόλλωνι ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ἀρτέμιδος, κτλ. v. 64 *τὸ δὲ ψήφισμα τόδε ἀναγράψαι τοὺς οἰκονόμους εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς εἰς τὴν παραστάδα.*

I Mag. 209 s. I. a. *Φάνης Ἡροστράτου ἱερεὺς Διὸς ἀνέθηκεν.*

I Mag. 210. 211 idem sacerdos nominatur.

Strabo XIV 648 *καὶ ἡ πατρὶς δ' ἱκανῶς αὐτὸν* (scil. Anaxenorem citharoedum) *ηὔξησε, πορφύραν ἐνδύσασα, ἱερώμενον τοῦ Σωσιπόλιδος Διός, καθάπερ καὶ ἡ γραπτὴ εἰκὼν ἐμφανίζει ἡ ἐν τῇ ἀγορᾷ.*

Nummi:

Iupiter *νικηφόρος* sedet *ΖΕVϹ*: IB Kl. M. 78 n. 24 (Hadr.), Mi. III Ionia 671 (Alex. Sev.); supra caput stella ac luna conspiciuntur: Hunter 348 n. 14 (Hadr.).

Iupiter sedens s. hastam, d. Dianae Leucophryenae statuam tenens: Mi. III Ionia 648 (cf. Rayet *Milet et le Golfe Latmique* 132 not. 2), B (Sept. S.).

Accedunt nummi ad Iovis fabulam spectantes:

1. Dea stans (Adrastea) d. sublata globum tenet, s. bracchio infantem nudum: IB Gr. M. 310 (Ant. P.), Kl. M. 81 n. 34 (III 6), Mi. S. VI Ionia 1081 (Iul. Mam.).

2. Infans (Iupiter) in cippo sedet a duobus Corybantibus qui tympana pulsant circumdatus: Mi. III 660, S. VI 1051 (Carac.), 1064 (Elag.).

3. Circa infantem in mensa sedentem tres Curetes saltant gladiis ad scuta concrepantes; post cistam mensae suppositam anguis surgit: Mi. S. VI 1056 (Carac.), cf. Rayet *Milet et le Golfe Latmique* 179.

Clarum Iovis Sosipolidis sollemne anniversarium, quo tholo in foro constituta tapetisque extentis lectisternium duodecim deorum celebrabatur, accurate tractavit O. Kern (cf. Arch. Anz. 1894. 78 sqq.). Quam ad caerimoniam apertius intellegendam nuperrime haud parcum contulit Ioannes Pomtow egregia dissertatione, quam de Magnesia et de ceteris Graecorum tholis prae-

cipue Delphicis quid sibi voluerint acute composuit: *Die grosse Tholos zu Delphi und die Bestimmung der delphischen Rundbauten* (*Klio, Beiträge zur alten Geschichte* 12 (1912) 49 sqq.); *θόλος* lignea non solum ad deorum simulacra, sed simul ad strata (*στρωμναί*), quibus illa imponerentur, recipienda exstruebatur, atque omnino tota lectisternii caerimonia in tholo agebatur: *Die Tholos ward lediglich für die Lectisternien der 12 Götter errichtet.*

Templi Iovis parietinae in fori parte meridionali rursus effossae et ab Rudolfo Heyne Iulioque Kohte diligenter descriptae sunt (*Magnesia am Maeander, Die Bauwerke* p. 141 sqq.). E templi situ et e compluribus sacrificii ritibus illo lectisternii titulo indicatis O. Kern (Arch. Anz. l. c.) Iovem Sosipolim numen telluris esse demonstravit. Qua sententia a Paulo Stengel *Opferbräuche der Griechen* p. 132 probata ea confirmantur, quae Carolus Robert de Sosipolide Olympio ad Croni collem sub anguis forma culto (Paus. VI 20. 2) disseruit AM 18 (1893) 37. Atque ut Iovem *Σωσίπολιν* iam supra Iovi *Χθονίῳ* et *Πλουτοδότῃ* et aliis comparavimus, ita forma numinis Olympii praecipue admonemur Iovis *Μειλιχίου* vel *Κτησίου* vel *Φιλίου*, quem ad anguis imaginem fictum esse constat (cf. nummum p. 468 n. 3 et O. Kern l. c. 81). Variis nominibus semper idem deus significatur, qui agris fertilitatem, salutem urbi praebet.[1] Atque ut Olympium numen Iovi Cretico infanti aequari oportet, ita etiam cultus Magnetum ad Creticum spectare videtur. Sine dubio huc referendi sunt nummi, qui Adrasteam aut Curetes Corybantesve cum Iove infante exhibent. Fabulas typis illis indicatas tractavit Ernestus Neustadt *De Iove Cretico* diss. Berol. 06 caput 1. Cultum Iovis e Creta in urbem delatum esse veri eo similius habeas, quod Magnetes Thessaliae, priusquam coloniam ad Maeandrum conderent, in insula illa consedisse constat (O. Kern *Gründungsgesch. von Magn. a. M.* 24).

---

[1]) Respicias preces, quibus ex tituli testimonio (n. 98 v. 26 sqq.) magistratus die festo deum adire solebant. Hermanno Usener, qui ipsam communem salutem personam factam esse credit (*Götternamen* 172), assentiri non possum; immo Sosipolis nil nisi forma summi caeli dei, Iovis est (O. Kern l. c. 81: *Als Ackergott, als Stadterhalter ist Zeus ein Zeus χθόνιος*).

Etiam simulacri Iovis fragmenta haud contemnenda reperta sunt, quibus cum nummorum effigie comparatis statua templi recognosci potuit (O. Kern Arch. Anz. l. c. 80 et maxime Carolus Watzinger, *Magn. a. M., Die Bildwerke* 182 sqq.): Iupiter seminudus sedens ut urbis patronus potentissimam Magnesiae deam Dianam Leucophryenam manu tenuit.

Iupiter *Ἀκραῖος*:

ZEVC AKPAIOC nudus ad d. versus stat, d. sceptrum, s. porrecta fulmen tenens: IB Kl. M. 79 n. 27 (Ant. P.), Gr. M. 312, Mi. III Ionia 664 (Geta).

Pernotum Iovis *Ἀκραίου* cultum iam supra paucis perstrinximus, vide p. 405 sq. 461, primo autem loco Magnetes Thessalici commemorandi sunt, quorum in omnibus fere decretis sacerdos Iovis *Ἀκραίου* nominatur (IG IX 2 1103. 1105. 1108—1110). Magnetes illum cultum e patria Thessalia in Asiam detulisse videntur.[1])

Iupiter sedens cum patera et sceptro: BMC Ionia 83 (Gord. P.), Mi. III 652 (Car.).

Caput Iovis laur.: Mi. III 599 (rev. femina arcum tenens in prora sedet); S. VI 1023/4 (Apollo).

Aquilas tot Magnetum nummis impressas non ad Iovem sed ad Dianam Leucophryenam referendas habeo, cui in compluribus aeribus attributae sunt (e. g. IB Kl. M. 79 n. 28, 80 n. 31).

Sarapis:

I Mag. 99 = Ditt. Syll. 554 fragmenta decretorum sacelli sive templi Sarapidis exstruendi et sacerdotii vendendi sive locandi. Formae litterarum initium secundi saeculi a. Chr. indicant. Titulus tractatur ab Adolfo Rusch *De Serapide et Iside in Graecia cultis* diss. Ber. 06. 73 sq.

Nummi:

Deus sedens cum patera et sceptro, adstante Cerbero: IB Kl. M. 80 n. 30 (Sept.), BMC 85, Hunter 351. 27 (Gord. P.).

Caput Sarapidis: Hunter 348. 13 (LI 5), Mi. III 634 (rev. Isis).

Sarapis et Isis stantes: Wadd. 1749 (Sev. Al.).

---

[1]) De Iove Acraeo Thessalico cf. Nilsson 5 sq.

Corrigenda et addenda.

P. 353 v. 24 lege ‚seorsum' pro ‚seorsim',
p. 360 v. 24 lege ‚illuc' pro ‚illic',
p. 365 v. 12 lege ‚Wadd. 2446' pro ‚Wadd. 2433',
p. 369 v. 12 et 416 v. 23 lege ‚Anzeiger d. Wiener Akad.' pro ‚Acta acad. Vindob.',
p. 385 v. 15 lege ‚Ceramensis' pro ‚Cearamensis'.

Ecce iam omnes fere huius commentationis plagulae typis exscriptae erant, cum O. Kern praeceptor meus mihi obtulit libellum Christiani Blinkenberg *The thunderweapon in religion and folklore* (Cambridge 1911), quo testimonia variorum populorum fulmen eiusve numen veneratorum diligenter congesta et tractata sunt. Etiam Neptuni tridentem vir ille doctissimus antiquitus fulminis signum e Babylonia arte promptum et una cum securi aut bipenni Asiaticis deis tonantibus attributum esse censet (p. 50 sqq., imprimis p. 57). Ceteris huius sententiae stabilimentis praetermissis nummi Mylasenses bipenni ac tridenti excusi (supra 352 n. 2) testes non sunt. Duo signa ad unum deum referre effigie nummi prohibemur, in quo alteri numini bipennis alteri (Iovi Osogoa) tridens et aquila attributa sunt (supra p. 352 n. 5 et p. 391 n. 4). Tridens non solum signo cancri, a quo haud separandus est (supra 352 n. 3, 392 n. 3), cum marino deo coniungitur, sed omnino, quidquid antea sibi voluit, Graecis illius aetatis nil nisi signum Neptuni erat; in Mylasensium autem nummis una cum cancro et aquila haud dubie ad Iovem Osogoa spectat, cuius naturam Graeci manifeste significaverunt cognomine *Ζηνοποσειδῶν*.

Index compendiorum.

Aarbøger = For nordisk Oldkyndighed og Historie, udgivne af det kongelige nordiske Oldskrift-Selskab 1882. Kjøbenhavn.

Acta acad. Berol., Vindob., Monac. = Abhandlungen der Akademie der Wissenschaften zu Berlin, Wien, München.

AEM = Archaeologisch-epigraphische Mitteilungen aus Osterreich.

AM = Mitteilungen des Kaiserlich Deutschen Archaeologischen Instituts, Athenische Abteilung.

Amer. Journ. = The American Journal of Archaeology.

Arch. Jhb. = Jahrbuch des Kaiserlich Deutschen Archaeologischen Instituts.

Arch. Anz. = Archaeologischer Anzeiger, Beiblatt z. Jahrbuch des arch. Instituts.

ARW = Archiv für Religionswissenschaft.

Ausonia = Rivista della società italiana di archeologia e storia dell' arte.

B Löbb., Prokesch, Imhoof = Nummotheca Berolinensis; nummi empti sunt e thesauris Loebbekiano, Prokeschiano, Imhoofiano, aliis.

Babelon = Traité des Monnaies Grecques et Romaines II. 1910 Paris.

BB = Beitraege zur Kunde der indogermanischen Sprachen ed. Bezzenberger.

BCH = Bulletin de correspondance hellénique (École française d'Athènes).

Benndorf-Niemann = Reisen im südwestlichen Kleinasien. I. Reisen in Lykien und Karien von Otto Benndorf u. George Niemann, 1884.

BMC = A Catalogue of the Greek Coins in the British Museum, (sine regionis nomine citatur tomus 18 Caria, Cos, Rhodes, etc. London 1897).

BMI = The Collection of the Greek Inscriptions in the British Museum.

BSA = The Annual of the British School at Athens. London.

Bull. di Pal. = Bullettino di Paletnologia.

CIG = Corpus inscriptionum Graecarum.
CIL = Corpus inscriptionum Latinarum.
Cohen M. imp. = Description historique des monnaies frappées sous l'empire Romain communément appelées Médailles impériales par Henry Cohen, continuée par Feuardent. [2]Paris 1880—95.
Ditt. OGI = Orientis Graeci inscriptiones selectae ed. Wil. Dittenberger. Lipsiae I 1903, II 1905.
Ditt. Syll. = Sylloge inscriptionum Graecarum iterum edidit Guil. Dittenberger. Lipsiae I 1898, II 1900.
Ἐφ. ἀρχ. = Ἐφημερὶς Ἀρχαιολογική, ἐν Ἀθήναις. III. περίοδος 1883 sqq.
FOA = Henrici Kiepert Formae orbis antiqui, bearbeitet und herausgegeben von Richard Kiepert.
Gruppe = Griechische Mythologie und Religionsgeschichte, Hdb. von I. v. Müller V 2, München 1906.
Head HN = Historia Numorum. A manual of Greek numismatics. New and enlarged edition by B. V. Head ass. by G. F. Hill, G. Macdonald and W. Wroth. Oxford 1911.
Hunter = Catalogue of Greek Coins in the Hunterian Collection by George Macdonald, Glasgow 1899—1905.
IB Gr. M. = Fr. Imhoof-Blumer, Griechische Münzen, Abh. d. bayr. Akad. d. Wiss. Philos.-philol. Classe 18 (1890).
IB Kl. M. = idem, Kleinasiatische Münzen, Sonderschriften des österreichischen archaeol. Institutes in Wien, I 1901, II 1902.
IB L. Stm. = idem, Lydische Stadtmünzen. Genf 1897.
IB M. gr. = idem, Monnaies grecques. Publié par l'Académie Royale Néerlandaise des Sciences. Amsterdam 1883.
IB Mzkde = idem, Zur griechischen und römischen Münzkunde = Revue Suisse de numismatique. 13 (05) 161 sqq. 14 (08) 1 sqq.
IG = Inscriptiones Graecae.
I Mag. = Die Inschriften von Magnesia am Maeander, herausgegeben von Otto Kern. Berlin 1900.
I Ol. = Die Inschriften von Olympia, bearbeitet von W. Dittenberger und K. Purgold. Berlin 1896.
JHS = The Journal of Hellenic Studies. London.
LW = Voyage archéologique en Grèce et en Asie Mineure par Philippe Le Bas, Inscriptions Tome III par Phil. Le Bas et H. W. Waddington. Paris 1870.
MAL = Monumenti antichi pubblicati per cura della reale accademia dei Lincei.
Mon. = Monumenti inediti pubblicati dall' instituto di corrispondenza archeologica.
MdVG = Mitteilungen der Vorderasiatischen Gesellschaft.
Mi. = T. E. Mionnet, Description de médailles antiques Grecques et Romaines.

Mi. S. = idem, Supplément, Paris 1806—37 (citamus numerum tomi, terram, numerum nummi, non paginae, Caricorum nummorum nil nisi numeros tomi et nummi).

Murray-Smith-Walters = Excavations in Cyprus by A. S. Murray, A. H. Smith and H. Walters. London 1900.

Mus. Ital. = Museo italiano di antichità classica. Firenze 1884—1890.

Ed. Meyer = Geschichte des Altertums I 2^2, 1910.

NZ = Numismatische Zeitschrift, herausgegeben von der numismatischen Gesellschaft in Wien.

Newton, Disc. = C. T. Newton, A History of discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae II. Text. London 1863.

Nilsson = Griechische Feste von relig. Bedeutung mit Ausschluss der attischen untersucht von Martin P. Nilsson. Leipzig 1906.

Num. Chron. = The Numismatic Chronicle and Journal of Numism. Society.

Ohnefalsch-Richter (Max) = Kypros die Bibel und Homer. Berlin 1893.

Öst. Jhrh. = Jahreshefte des Österreichischen Archaeologischen Institutes in Wien.

Papers = Papers of the American School of Classical Studies at Athens. Boston.

Pappakonst. = *Μιχ. Παππακωνσταντίνου· Αἱ Τράλλεις ἤτοι συλλογὴ Τραλλιανῶν ἐπιγραφῶν. ἐν Ἀθήναις* 1895.

Paton-Hicks = The inscriptions of Cos by W. R. Paton and E. L. Hicks. Oxford 1891.

Perrot-Chipiez = Histoire de l'art dans l'antiquité par Georges Perrot et Charles Chipiez. Paris 1882—94.

Preller-Robert = Griechische Mythologie von L. Preller, I^4 bearbeitet von C. Robert. Berlin 1894.

PW = Paulys Realencyklopaedie der klassischen Altertumswissenschaft, neue Bearbeitung von G. Wissowa.

RAL = Rendiconti della reale accademia dei Lincei.

Rh. M. = Rheinisches Museum für Philologie.

RN = Revue numismatique dirigée par A. de Barthélemy, G. Schlumberger, E. Babelon. Paris.

Rev. arch. = Revue archéologique par M. Bertrand et G. Perrot. Paris.

Rev. ét. Gr. = Revue des études Grecques. Paris.

Roscher = Ausführliches Lexikon der griech. und röm. Mythologie, herausgegeben von W. H. Roscher.

Ramsay, Cities = The Cities and Bishoprics of Phrygia by W. M. Ramsay Oxford I 1895, II 1897.

SB Berlin, Wien = Sitzungsberichte der Akademie der Wissenschaften zu Berlin, Wien.

SGDI = Sammlung der griechischen Dialektinschriften, herausgegeben von Hermann Collitz, 1884 sqq.

VdDOG = Wissenschaftliche Veröffentlichungen der deutschen Orient-gesellschaft Berlin.

Voy. = H. W. Waddington Voyage en Asie Mineure au point de vue numismatique. Paris 1853.

Wadd. = Inventaire sommaire de la collection Waddington par Ernest Babelon. Paris 1898.

Warren = Die griechischen Münzen der Sammlung Warren, beschrieben von Kurt Regling. Berlin 1906.

ZfN = Zeitschrift für Numismatik von Alfred von Sallet. Berlin.

Index cognominum.

Index locorum.

Auctor de vita sua.

Natus sum Ioannes Oscarus Schaefer a. d. III non. Oct. a. proximi saeculi LXXXVIII Elbingiae patre Ludovico matre Anna e gente Boehm, quos adhuc mihi valere gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae.

Litterarum elementis imbutus sum in gymnasio regio Elbingensi, quod tum rectore Arthuro Gronau florebat. Vere a. huius saeculi VII maturitatis testimonio instructus per bina semestria Berolinae Ienaeque, reliqua Halis Saxonum studiis imprimis philologicis et historicis operam dedi. Per totum studiorum spatium adscriptus eram foederi societatum philologicarum, quod dicitur Numburgense.

Docuerunt me viri illustrissimi Diels, Helm, Herrmann, Imelmann, Ed. Meyer, Norden, Riehl, M. C. P. Schmidt, Guil. Schulze, Wentzel, de Wilamowitz-Moellendorff, Woelfflin Berolinenses; Delbrueck, Diehl, Goetz, Graef, Hirzel, Judeich, Mentz, Weber Ienenses; Abert, Bechtel, Fries, Goldschmidt, Heldmann, Kern, Lindner, P. Menzer, Meumann, Niese †, Praechter, Robert, Wissowa Halenses.

Proseminarii Berolinensis et seminarii Ienensis per bina semestria fui sodalis, in seminario Halensi sex menses versatus sum auspiciis Caroli Praechter et Ottonis Kern. Ad exercitationes historicas Judeich, Mentz, Niese †, Lindner, archaeologicas Graef et Robert benigne me admiserunt.

Quos viros doctissimos imprimis Carolum Robert studia mea valde adiuvisse gratus confiteor; nec non Curtius Regling Berolinensis egregia sua scientia numismatica optime de me meruit. Quanta vero benignitate et indulgentia Otto Kern cum studia mea tum hanc dissertationem opera et consilio foverit, semper grato animo reminiscar.
